





2
6
261










XXXII

F. LOR. clerici
confessis. Synod.
Cosmi de PAZZIS
1504

2 F 6 261



A 1

¶ CONSTITVTIONES Synodales cleri florentini.





COSMVS DE PACCIIS DEI ET APOSTO licæ sedis gratia Archiepiscopus florentinus Vniuersis taꝫ clericis q̃ laycis in diocesi nostra constitutis Salutem in Domino.

n IHIL TAM CONSTAT IN NATV ra q̃ uarietas rerum humanaꝶ, pro qua nõ solum tempora, casus, ac mores, sed et leges uariare oportet, ueluti medicamenta quædã uariantibus quotidie usibus uitæ: ac ꝓpterea nascentibus morbis occurrentia. Quapropter cum recolẽdæ memoriæ Frater Angelus Episcopus florentinus ac prædecessor noster, librum constitutionum sinodalium ad mores ecclesiæ florentinæ facientium summa sapientia, maturitateꝗ olim edidisset: quaꝶ plurimæ uim adhuc aduersus prauitatem nostroruꝫ temporum conseruant: nonnullæ pro natura rerum uires amiserint. Nos qui nuper miseratione Diuina in specula florentinæ ecclesiæ constituti sumus, licet immeriti, et ad medelam eiusdem langorum uocati, cupientes, quantũ pro paruitate nostra, licet partes nostras implere, ac uocationem nostram penitus in fructuosam non reddere, habito prius consilio ac cõsensu uenerabilium fratrum nostroruꝫ Archidiaconi et Canonicorum ecclesiæ nostræ cathedralis, ex prædictis constitutionibus quæ uigorẽ seruabant, intactas reliquimus: quæ senio confectæ uidebantur tanquã inutiles substulimus: nonnullas uero quas præsens temporum usus requirebat, nouiter formauimus:

Ex quibus omnibus librum, quem in sacra sinodo ce lebrata ad honorem dei ac beatæ genitricis Mariæ san ctorum Iohãnis baptistæ, Zenobii, Reparatæ, ac Vin centii patronorũ ecclesiæ nostræ florẽtinæ edidimus: Mandantes omnibus tam clericis q̃ laycis, ut eas sub infrascriptis pœnis obseruent, q̃ diu earuꝫ usus expo scet: quod per subcessores nostros, siquidem de uirtu te in uirtutem ibunt, declarari continget, deum ro gantes, ut sicut sub inuocatione Spiritus sancti hæc omnia acta sunt: Ita etiam in eo sortiãtur effectum:

LIBER PRIMVS.

De summa Trinitate & fide catholica.

q VONIAM SECVNDVM APOSTOlum in ædificio spirituali uirtutu3 fides catholica fundamentū existit ideo necessario duxim9 in nostris constitutionib9 incohare ab ipsa, sine qua falsa est uirtus ēt in optimis morib9, ut dicit beatissimus Augustin9. Ordinamus ut omnes tanq̄ diuinum præceptum inuiolabiliter mente pariter obseruent & corpore, ea, quæ ad fidei articulos pertinent, & ecclesiastica sacramenta ut præter diuinum iudicium, nostrum etiam non euadant. Siquos autem (quod absit) huius constitutionis nostræ inuenerimus transgressores intendimus acerrime procedere contra eos: & exnūc tales ab ecclesia dei præcisos uelut hereticos iudicamus: eosq3 excommunicationis mucrone percellimus. Et nihilo minus huic salubri constitutioni adiicimus, q̄ null9 de ea turbis coadunatis fidelium maxime laycoru3 & ignorantiu3 personarum præsumat aliqualiter disputare: Sed de ipsa articulis eiusdem & sacramētis ecclesiæ sentiat, teneat, & doceat, quod tenet, docet, & prædicat sacrosanta Romana ecclesia, & sanctoru3 Canonum instituta sensere. Alioquin contrarium sententes præter pœnam iuris, nostro arbitrio relinquimus puniendos, spiritualiter & temporaliter prout nobis uidebitur conuenire.

De constitutionibus.

Item ut prolixitas & infinitas euitetur & animarum ciuium florentinæ ciuitatis & ipsius hominum dioc clericorum & laycorum cuiuscunque conditionis & status existant, saluti prouideamus: quantum nobis ex alto permittitur: nec non eorumdem subditorum nostrorum conscientias serenemus: præsenti constitutione omni modo, iure, forma, & causa, quibus melius de iure possumus & ualemus: Constitutiones olim factas & decreta siue statuta seu quocunque alio nomine censeantur edita sub quacunque forma ac expressione uerborum: & in eis contenta per olim Bo. memoiræ. Dominum Antonium florentinum Episcopum prædecessorem nostrum, seu per quoscunque alios Episcopos prædecessores nostros, uel per capitulum sede uacante, uel alium, seu per quoscunque subditos nostros: cassamus, reuocamus, & irritamus, & ipsa uel ipsas cassa reuocata & irrita seu cassas reuocatas & irritas in his scriptis nuntiamus & publicamus. ita quod ad ipsa uel ad ipsas nullus de ciuitate uel dioc florentina clericus religiosus uel secularis uel alter mas uel femina, nec nos ad ipsorum uel ipsarum obseruantiam a modo in antea teneantur seu teneamur aliqua ratione: immo omnes nostri subditi clerici & layci mares uel feminæ: & nos liberi ab eisdem & ipsarum qualibet existamus & existant in totum: & a pœnis seu pœna in eis uel aliqua ipsarum contentis uel contenta: & ea uel eas deinceps mandamus nullatenus obseruari: sed omnes nostros subditos & religiosos &

4

seculares clericos nec non mares & feminas subditos nostros teneri & obligari uolumus in præsenti uolu/mine contentis seu aliis per nos faciendis & ipsis regi & regulari. Sed si forte aliquod capitulum conuen/tus seu canonici asserant se aliquas particulares constitutiones/ordinamenta/seu statuta/& singulares uel singularia intra se habere approbatas uel non per prædecessorem nostrum quemcunq; infra mensem a pu/blicatione præsentis constitutionis nobis uel nostro Vicario ipsas repræsentare teneantur/ut eas approbare uel reprobare possimus: prout de iure fuerit faciendum. Alias ipsas exnunc reuocamus & cassamus & eas uel ea cassas reuocatas & irritas esse censemus:

i Tem statuimus & ordinamus q in qualibet collegiata seu conuentuali ecclesia nobis ordinaria iurisditione subiecta cuiuscunq; status seu conditio/nis existat certus/& determinatus esse debeat nume/rus canonicorum/monachorum monialium/& omnium in diuinis deseruientium in eisdem iuxta facultates earum: cui constitutioni adiicimus q in nulla earundem aliquis audeat uel præsumat constitutio/nem facere sine nostra licentia speciali. Quod si secus attemptatu; fuerit irritum decernimus ipso iure: Et nihilominus contrarium facientes si prælatus fuerit in libras. xxv. f. p. sit condemnatus. Subditus autem a perceptione fructuum beneficii seu prælationis ipsius per quattuor menses continuos sit suspensus.

¶ De rescriptis.

i Tem quia dolus & fraus nemini debet patroci-
nium impartiri, statuimus & ordinamus quod nul-
lus a nobis uel Vicario nostro per subreptionem au-
deat litteras impetrare uel beneficium aliquod non
facta mentione de iure quod alius obtineat in eodem:
& si secus actum fuerit ipso iure decernimus irritum
& inane. Impetrantes uero siue impetrantem huius-
modi in libras. xxv. f. p. pro uice qualibet condēna
mus. Addentes nihilominus quod exequtores & delega
ti a nobis super prædictis & aliis in quibus a nobis uel
a nostras uices tenētibus ordinarentur uel deputaren
tur modum exequtionis & delegationis excedere nō
attemptent. Contrarium facientes damna & interesse
parti læsæ satisfacere compellantur, & nihilominus
prout facti excessus exægerit, nr̄o arbitrio puniant̄.

¶ De electione.

q Voniam per indiscretam electionem frequen-
ter indigni ut forensem iurisditionem eludant
& debitam pro eorum delictis ultionem euadant, &
non ut deo seruiant, sed ut secularia euitent onera
faciunt se recipi in ecclesiarum, monāsteriorum, &
hospitalium Canonicos, clericos præbendatos uel cō
uersos: ob quod clericali honestati detrahitur pluri
mum, & honori: statuimus ut nullus prælatus capi-
tulum uel conuentus seu rector ecclesiarum, mona-
steriorum, & hospitalium subiectorum nobis, dein

ceps tales sine litteris commendaticiis proprii Episco pi eligere uel recipere præsumat in Canonicos / cleri / cos / præbendatos uel conuersos aut familiares perpe tuos . Quod si secus actum fuerit / sit irritum ipso iure . Eligentes uero in florenis decem auri pro uice qualibet sint condemnati . Electi autem præsidio ec clesiastico sint priuati : & nihilominus arbitrio nr̄o puniantur .

i. Tem quia sub ouina pelle & pastoris specie in ouile ouium quandoqꝫ lupus ingredit̃ : quod cōtingit / quando aliquis apostata uel alia inhabilita te infectus / ad dignitatem uel beneficium assumit̃ : statuimus & ordinamus / ne animæ fidelium curæ no stræ submissæ propter inhabilitatem pastoris eorum damnabiliter concludantur : ꝙ personæ tales ad di / gnitatem uel curatum beneficium nullatenus assu mantur : & uolentes agrum dominicum nostræ cul / turæ commissum uepribus expiare / præcipimus / & nihilominus Canonica monitione præmissa mone / mus : Quatenus omnes & singuli prælati & rectores ecclesiarum / quibus cura imminet animarum / & om nes alii clerici in aliqua ecclesia beneficia quæcunqꝫ obtinentes in ciuitate & diocesi florentina infra duos menses postq̄ per nos uel nostrum Vicarium legipti me moniti fuerint / de eorum titulis & omni iure qđ in dictis ecclesiis obtinent / nobis plenam fidem fa / cere teneantur : huic constitutioni adiungentes ꝙ nul lus prælatus uel rector ecclesiarum dictarum in cap / pellanum apostatam alicuius ordinis maxime men / dicantium retinere audeat ad confessiones audiendas

& ecclesiastica sacramenta præbenda : cum tales apo/
statæ iure prohibente non possint absoluere uel liga
re. Contrafacientes uero uidelicet non facientes no
bis infra dictum terminum de eorum titulis & iurib9
plenam fidem / ipso facto de eoruз beneficiis sint pri
uati : Tales uero recipientes apostatas pro uice qualз
in ducatis. x. nostræ cameræ applicādis cōdemnam9 :
Et nihiloninus siqui tales sunt recepti / infra mensem
abiici debeant sub pena consimili per rectores / qui re
cipiendo tales taliter deliquerunt. Ab hac autem titu
li ostensione excipimus canonicos nostræ cathedralis
ecclesiæ in beneficiis quibuscunq3.

a D tollendum execrabilis ambitionis uitiuз / qđ
hactenus in ciuitate & dioc florentina damnabi
liter pullulauit / in eo quod quidam iniquitatis filii
cupientes se uel alios ad ecclesiastica beneficia promo
ueri : cum ipsi uel illi sint inhabiles ad eadeз obtinen
da / eligi alios uel promoueri procurant ad illa / cum
conuentione damnabili ut certam portionem immo
prædam potius recipiant ab huiusmodi institutis / &
cum ecclesiastica beneficia debeant sine diminutione
conferri : & præfata conuentio non possit fieri sine
scrupulo simoniacæ labis : Monemus & perempto/
rie præsenti constitutione districtius prohibemus : ne
aliqua ecclesiastica ꝑsona uel secularis tales callidita/
tes & fraudes per se uel alium seu alios deinceps pa/
trare attemptet : Et ꝙ nullus beneficia huiusmodi sic
nequiter per subreptionis astutiaз procurata recipere
quouis modo præsumat. Contrarium uero faciētes
dictis beneficiis sint priuati : & ad restitutionem om

6

nium quæ perceperunt ex eis teneantur & aliter no
stro arbitrio puniantur. Præmissis addentes q̧ cuȝ in
stituti in ecclesiis seu positi quouis modo procurato
res & non domini ecclesiasticorum bonorum dicant̃,
& eis bonoruȝ huiusmodi sit alienatio interdicta, im
probe facta q̃d non aduertẽtes ipsi iniquitatis filii ex
quisitis fraudibus mentientes causas inuenire nitunt̃
ut de rebus ecclesiaꝝ damnabiliter paciscantur: decer
nimus ut nullus de rebus ecclesiarum in mobilibus
uel iuribus earũdem sine nostra licentia speciali præ,
sumat transigere, uel in fraudem pacisci. Contractus
uero in contrariũ celebratos iuribus uacuamꝰ & cleri
cos sic contrahẽtes nr̃o arbitrio relinqmꝰ puniẽdos.

e CClesiaꝝ omniuȝ fœlicissima incrementa in pa
ternæ charitatis uisceribꝰ amplectentes reqrimꝰ
& hortamur in Dño cunctos nr̃æ ciuitatis & diocẽ &
capitula eaꝝ quatenꝰ ecclesiaꝝ suaꝝ utilitate pensata
communi præhabito diligẽti tractatu: Camerariũ de
gremio eiusdeȝ ecclesiæ sibi constituãt prout deũ ha
bentes præ oculis ac cõmode uiderint expedire: ubi
olim consuetudo est q̧ camerarius eligat̃. In ecclesia
aũt quaꝝ prælati uel p̃latæ circa prædictas administra
tiones minus idonei reputantur ad requisitionẽ capi
tuli de camerario de eiusdẽ ecclesiæ gremio cõstituen
do in eis decernimus ꝑ nos libere prouidendũ. Inten
dimus qdem q̧ camerarius siue cameraria de consilio
& conscientia sui prælati uel prælatæ suum gerat offi
cium, & in eadem ecclesia continuam residentiam fa
cere teneantur. Quorum camerariorũ officiũ duret ꝑ
unum annũ & maxime singulis sex mensibꝰ ad requi

sitionem prælati uel plures si eidem prælato uidebitur expedire rationem reddere teneatur. Hanc enim nostram constitutionem extendi uolumus ad omnes ecclesias collegiatas, & ad monasteria siue monachorum siue monialium existant.

¶ De renuntiationibus.

q Via non nunquam per metum, uiolentiam, & extorsiones alias multi prælati & rectores ecclesiarum, & alii clerici ad sua beneficia renuntiandum compelluntur: ut alii indebite in eorum locum substituantur in illis in non modicum præiudicium ecclesiarum, & periculum maximum animarum: quibus ex nostri officii debito, quantum cum deo possumus, remediari uolentes: statuimus et præsenti constitutione mandamus, ut nullus subditus nostræ ciuitatis & diocesis florentinæ cuiuscunque dignitatis seu conditionis existat, prælationem, beneficium, rectoriam, canonicam præbendam, seu quemcunque locum obtineat in aliqua ecclesiarum ciuitatis et dioc. florentinæ renuntiare præsumat uel renuntiet alibi quam in manibus nostris, uel deputati a nobis, uel in manibus alterius, ad quem spectat de iure De qua renuntiatione infra mensem a die renuntiationis nobis, uel nostro Vicario fidem facere teneatur. Notificantes eisdem quod aliter renuntiatio facta de iure non tenet: Contrarium uero facientes nostro arbitrio puniantur.

¶ De supplenda negligentia prælatorum.

n ON sine magno scandalo et damno prælatio-
num et ecclesiarum nobis subiectaruʒ frequen-
ter capitula a prælatis in negociis et rebus prælationū
et ecclesiarum huiusmodi inimico seminante ziza-
niam per diuisionem procedunt et quādoqʒ utilia ne
gligunt et postponunt: quæ non sunt conniuenti-
bus oculis sine remedio dimictenda: Et ideo præsen
tis scripti authoritate statuimus ꝙ nulluʒ capitulum
cuiuscunqʒ prælationis seu ecclesiarū sine prælati sui
consensu et licentia nisi in casibus a iure ꝑmissis, ubi
huiusmodi negocia existant communia, deinceps ali
quid agere seu attemptare præsumant: Et quod con
tra factum fuerit nullam obtineat firmitatem. Agen
tes uero contrarium pœna debita pro ut nobis uisuʒ
fuerit puniantur.

¶ De temporibus ordinationum et qualita
te ordinandorum.

c Vm spiritualia temporalibus digniora debeant
ꝑ uiros sufficientes et discretos tractari: et igno
rantes ab ipsis totaliter probiberi: ut de insufficienti
bus fiant sufficientes ad conuersanduʒ in domo dñi:
Statuimus et ordinamus ꝙ nullus ad sacrum ordinē
præsentetur per quemcunqʒ nisi competētis litteratu
ræ existat: nec aliquis prælatus uel alius subditus no
ster quicunqʒ cuiuscunqʒ ordinis uel conditionis exi-
stat aliquem debilem seu deformem a iure probibitū

epilenticum, uel furiosum, seu insanum, simoniacum, uel homicidam, uel non sibi subditum ad ordines præsentare præsumat. Contrarium uero facientes ab eorum prælationibus et officiis ipso facto usq; ad nostrum beneplacitum sint suspensi: et taliter ordinati ab exequtione ordinum receptoru; usq; ad dictum beneplacitum modo simili sint suspensi.

De sacra unctione.

c Vm quædam sint spiritualia pontificali ordini attributa statuim⁹ q; sacramentu; confirmationis in fronte quod dilibutio crismatis appellatur: in cuius uirtute sancti Spiritus emanat infusio: Mandamus omnibus prælatis et rectoribus ecclesiaru; nobis subiectis qđ huiusmodi sacramentum conferre non præsumant, nec alia quæ sint a iure eisdem pontificibus reseruata. Contrarium facientes præter pœna; iuris se ab eorum beneficiis suspensos nouerint ad beneplacitum nostrum. Addentes huic nostræ constitutioni qđ parentes ad crismandum proprios tenere filios non præsumant. Contrarium facientes pro absolutione eorum ad nos per confessorem eorum remittantur.

n Egligentia uitiorum nouerca est in prælatis, et aliis quibus animaru; cura dimittitur totaliter detestanda: et idcirco statuimus, et præsenti constitutione mandam⁹ omnibus et singulis prælatis et aliis ecclesiarum rectoribus quocunq; modo censeantur nobis subiectis quacunq; de causa quibus cura immi-

net animarum : quod in sacramentis ecclesiasticis ex hibendis quæ reuerenter suscepta ipsoru℥ effectus nõ solum est animæ medicina / sed corporibus tribuunt sanitatem specialiter necessitatis articulo imminente / prouiso quod huiusmodi statuta Canonica inuiola / biliter debeant obseruare : et se ad prædicta exhibẽda cum exhibenda fuerint : reddant sollicitos et atten / tos. Addentes ꝙ si quisq̃ parrochianorum prædictoꝝ pro eorum negligentia absq; sacramentis huiusmodi uel aliquo eorumdem de hac luce migrare contige / rit / sic negligentem pro uice qualibet in florenis auri decem nostræ cameræ persoluendis in iis scriptis præ sentibus condemnamus.

❡ De officio custodis.

c Vm ab inferioribus superiorib⁹ debita reueren tia debeatur : uolumus et mandamus q̃d in sab bato magno paschali in ciuitate et plebanatu sancti Iohãnis floreñ nullius attemptetur ꝑ quemq̃ campa næ pulsatio priusq̃ ecclesiæ cathedralis campanas so nantes audieriet : eundem quoq; honorem suis ple / bibus / prioratus / ac cappellæ exhibeant. Contrariũ uero facientes pro uice qualibet in libris. x. nostræ cameræ persoluendis ipso facto condemnati existãt : per præmissa autẽ non intendimus alicui ecclesiæ uel personis in suis iuribus uel consuetudinibus deroga re. Addentes præmissis q̃d nullus prælatus uel rector ecclesiarum in sua prælatura uel rectoria perpetuũ ui carium uel temporalem sibi substituat absq; nostra li

centia speciali. Quod si secus actum fuerit, ipso iure non teneat, et attentans nostro arbitrio puniatur.

¶ De officio ordinarii.

i Vris ordinem imitantes ut unicuique sua iurisdictio conseruetur, statuimus, et præsentis scripti ordinamus tenore, ne quisque prælatus seu quæuis ecclesiastica persona cuiuscunque dignitatis, status, aut conditionis existat directe uel indirecte: in ecclesiis et locis nobis subiectis aliquid quod ad iurisditionem, ordinem et officium nostrum episcopale pertineat sine nostra speciali licentia scienter ordinare uel exercere præsumat. Contrarium facientes seu consentientes a perceptione fructuum beneficii quod obtinet seu præbendæ in loco ubi deliquerit ipso facto priuatus et suspēsus existat p annū: et fruct9 huiusmodi in eiusdem loci reparationē ad nostrā ordinationem expendant, eo ipso quod egerit sit irritum et inane: per præsentē tamen constitutionem non intendimus derogare iurisditioni nostris subditis uel alicui ipsorum competenti de iure uel de consuetudine iam præscripta.

i Tem ad tollendas litium intricationes et difficultates quæ ut plurimum oriuntur propter insufficientiam et ignorantiam notariorum actuariorum, statuimus & ordinamus q omnes iudices delegati nō possint in notarium actorum assumere alium notariū seu alios notarios q̄ unum seu duos ex notariis nostræ curiæ quos nuper pro idoneis et sufficientibus approbauimus.

¶ De maioritate

De maioritate & obedientia.

p Rouisione dispositionis supernæ / in iuris ordine comprobatur gradus diuersos & ordines esse distinctos: ut debitam reuerentiam inferiores & minores superioribus & maioribus exhibere & impendere teneantur. Iccirco præsenti constitutione firmamus q̄ omnes & singuli clerici cuiuscũq; dignitatis seu cõditionis existant / qui ad administrationem alicuius ecclesiæ uel ecclesiastici beneficii assumpti sũt uel assumentur in posterum / qui nobis uel alteri pro nobis aut prædecessoribus nostris obedientiã non fecerint ut tenentur / nec solitum iuramentum secundum Canonica instituta præstiterunt: infra duos menses obedientiam ipsam facere & iuramentum præstare huiusmodi teneant̄ / a nobis recepturi informationẽ super administratione ecclesiarum & beneficii memorati. Illi uero qui hanc constitutionẽm neglexerint adimplere / eo ipso a perceptione fructuum beneficii quod obtinent sint suspensi quousq; supradicta curauerint adimplere. Fructus autem prædicti suspensione durante / per nos uel alium nomine nostro in utilitatem dicti beneficii conuertantur / & sic inobedientes alias nostro arbitrio puniantur.

i Tem statuimus qđ nullus rector ecclesiarũ ad horas canonicas cum diuina fuerint celebranda præsumat pulsare / nisi prius pulsatione facta in nr̄a ecclesia cathedrali: in dioc̄ & comitatu nostro pulsatione audita in ecclesia / quæ in maiori ueneratione teneatur. Si uero plebs adeo sit remota qđ clerici pul

sationem aliarum ecclesiaruȝ audire non possint / tũc pulsent hora competenti : Et qui contrarium fecerit / pro uice qualibet in solidis . xx . f . p . nostræ Cameræ ꝑ soluendis condemnatus existat : & in ciuitate super prædictis uerbo & relationi sacrestani ecclesiæ cathe / dralis credatur : In diocesi siue comitatu uerbo & rela tioni plebani credatur : per præmissa religiosis mendi cantibus & locis exemptis a sede apostolica uel autho ritate ipsius nolumus in aliquo derogarī / nec præiudi cium generari : præmissis addentes ꝙ omnes rectores ecclesiaruȝ & prælati earũdem ciuitatis nostræ & dioc existẽtes prope ciuitateȝ per tria milliaria uel infra in cœna Domini ad confectionem crismatis / cum in no stra ecclesia fuerit celebranda / cum cottis uenire de / beant / & usq; ad finem missæ interesse / & anteq̃ missa incipiatur : ciuitatenses uero simile facere teneantur die sabbati sanctæ resurrectionis / In festo beati Iohan nis baptistæ / & beati Zenobii / & sanctæ Reparatæ pa tronoruȝ nostrorum / quando solemniter celebrant̄ / iuris impedimẽto cessante / in primis uesperis & missa nec non in secundis uesperis . Et ne forte per præsentẽ constitutionem omnes de ecclesia uenire compellant̄ sufficiat si prælatus uel sufficientior post prælatuȝ in terfuerit supradictis sub pena . xx . solidoruȝ . f . p . pro uice qualibet & in quolibet ipsorum non obseruãte prædicta iusto impedimẽto cessante : Et curati omnes teneantur in uirtute obedientiæ tam ciuitatenses q̃ diocesanos / suos parochianos ad prædictas festiui / tates celebrandas & colendas inducere atq; ab omni

opere seruili dictis diebus debeant omnino cessare. Circa autem præmissa consuetudines iuri consonas non improbamus.

ℭ De officio postulantium & procuratorum.

a D remouendum fraudes quæ in causis procurantur, statuimus & districte præcipimus aduocatis & procuratoribus & uniuersis aliis nostræ iurisditioni subiectis cuiuscunq; conditionis & status existant, ut in causis, negociis, & iudiciis iusta patrocinia & consilia præstent, partes non doceant uera negare, uel falsa proponere maxime contra ecclesias & pia loca, pupillos etiam, uiduas, miserabilesq; personas patrocinia non impendant: sed taliter studeant suum officiu; exercere, q; ꝑ temporali salario premiũ non amittant retributionis æternæ: & confessores eoꝝ talium delinquẽtium eos repertos culpabiles ad nos pro absolutione remittant: Cum tales sic grauiter delinquentes absolui non debeant nisi parti læsæ satisfecerint, de interesse.

p Remissis quoq; adiicimus uolentes ubi maiora imminent pericula, cautius prouidere: qđ nullus clericus, seu ecclesiastica persona quæcunq; cuiuscunq; ordinis, seu conditionis existat, nobis subiecta officium procurationis, seu aduocationis, In foro seculari nisi in casibus a iure permissis

assumat quo quo modo: In foro autem ecclesiastico non nisi iustas causas procurando & patrocinando assumat. Qui contrarium fecerit in præmissis & in aliquo præmissorum ipso facto in ducat auri. x. nostræ cameræ persoluendis condemnatus existat. Sacerdotibus uero curatis qui pro peccato populi penes altissimu3 debent orare, ab omni officio procurationis & aduocationis nisi in casibus a iure permissis uel sine nostra licentia speciali potestatem interdicim9 omni modo: Et si contra hoc salubre statut praedicti uł ali quis eorum attemptauerit, in libris. xxv. f. p. nostræ cameræ persoluendis pro uice qualibet & quol3 eorũ ipso facto condemnati existant: & als secundum qualitatem delicti nostro arbitrio puniantur.

De alienatione iudicii mutandi causa facta.

l Ites execrabiles interdictis prophanis quãto studio fugere debeãt clerici nemo sanæ mẽtis ignorat: Iccirco statuim9 qđ huiusmodi lites clerici nobis subiecti cuiuscũq; ordinis seu conditionis existant aliquatenus quouis quæsito colore contra ecclesiã a laycis uel ab aliis quibuscunq; seu contra bona eaꝵ cessas recipiant actiones, nec etiam quisq̃ laycus, alioquin eo ipso iacturam cessæ actionis & receptæ incurrat: & clerici huiusmodi pœna pecuniaria prout nobis uisũ fuerit, puniantur.

De arbitris.

c Vra regiminis nobis cõmissi nos admonet & inuitat: ut indemnitati ecclesiarum quanta solli

citudine possimus, curemus. Prohibemus igitur qđ nullus prælatus, clericus, uel rector capitulum seu conuentus nostræ iurisditionis cuiuscunq; status, ordinis, uel conditionis existant, absq; nostro speciali consensu de rebus ecclesiasticis immobilibus uel thesauris compromissum facere possit. Prælatos contrarium facientes, capitula & conuentus. xxv. et inferiores. x. floreñ auri pœna nostræ cameræ exsoluenda eo ipso constringat tali contractu carente omni robore firmitatis.

INCIPIT LIBER SECVNDVS.

¶ De foro competenti.

n EMINI SANAE MENTIS VENIT in dubiũ, q̄ ad præsidẽtes pertinet subditos a noxiis quibuscunq; præseruare, & ad salutaria quæcũq; dirigere iuxta posse: & ex his ecclesiæ floreñ præsidentes effectualiter informati: statuimus q̄ siquis clericus uel laycus personam ecclesiasticam nobis subiectam uoluerit super quacunq; re uel negocio conuenire nostrum & non alterius uel superioris nostri iudicium uel examen requirat: si pœnaȝ uoluerit effugere, quã pro temeritate si secus ægerit infingimus exnunc uiribus uacuantes in contrarium attemptata. Per hoc autem iuri uel consuetudini alicuius non intendim⁹ derogare.

l Icet contra statutarios & seruantes statuta edita contra ecclesiasticam libertatem & ecclesiasticas personas, quæ debent eadem immunitate gaudere, a iure sint pœnæ diuersæ statutæ, quas per ignorantiam iuris taliter delinquentes effugere non possunt: ne tamen sub dissimulatione in eorum præiudiciuȝ animarum sic errata ualeant pertransire præsentis scripti tenore: statuimus & mandamus omnib⁹ & singulis prælatis & clericis curatis ciuitatis & dioc florentinæ q̄ dictos statutarios & illa seruantes pœnas iuris denuntient incurrisse, ad hoc populo conuocato extra diuinorum celebrationem singulis diebus ña

12

tiuitatis Domini. Pascæ resurrectionis. Pentecostes. Assumptionis gloriosæ uirginis: quas etiam nos incurrisse & incurrere contra prædicta facientes easdem pœnas declaramus: Prædicti uero prælati & clerici curati de denuntiationibus prædictis salte; semel in anno nobis uel Vicario nostro fidem facere teneanẽ sub pœna librarum triu;. f. p. pro quolibet contrafaciente, & qualibet uice. Præmissis addentes q̃ nullus clericus seu ecclesiastica persona uel secularis, clericos & personas ecclesiasticas deferentes clericalem habitum & tonsuram suo ordini congruentem, uel laycũ sup̃ causa quæ specialem exposcat indaginem, trahat uel trahi, uel citari faciat, uel procuret ad forum, uel curiam seculare;, nec etiam suos actores directe uel indirecte per se uel alium conuenire attemptet ad iudiciũ uel ad curiam prælibatam, ut per hoc ab incepta in ecclesiastica curia causa resilire compellanẽ. Alioqñ huiusmodi præsumptores (si layci fuerint) excommunicationis sententiam ipso facto incurrant: si clerici, seu personæ ecclesiasticæ in florenis. x. auri nostræ cameræ persoluendis pro qualibet uice & quol; contrafaciente in his scriptis sententialiter condemnamus.

i Tem statuimus q̃ quicunq; clericus citari fecerit laycum ad nostrum iudicium, a quo decimã petat, cuius cognitio ad ecclesiasticum iudicem non est dubiũ pertinere: De possessionibus omnibus sitis infra limites suæ parrochiæ siue eius decimationis uł quocunq; alio modo dicat sibi decimas competere de consuetudine uel priuilegio speciali, non cogatur li

bellum offerre: ſed iuramento exacto per Vicarium
ab ipſo layco de ueritate dicenda procedat ſine omni
ſolemnitate & ſtrepitu iudiciorum ad compellenduꝫ
dictũ laycum ad ſolutionem faciendam huiuſmodi
decimarum infra ſpatium decem dierum: & hoc ha-
beat locum tam in præteritis q̃ in præſentibus & futu
ris, hoc adhibito moderamine qđ ſiquis alius cleric⁹
ſe opponat ante præceptum factum ipſi layco uel ſal
tem pendente termino .x. dierum layco aſſignato ad
ſolutioneꝫ faciendam, dicens ſe eſſe in poſſeſſione, uł
quaſi dictam decimam percipiẽdi: recepto ab ipſo iu
ramento qđ malitioſe ſe non opponat, ſtatuat̃ ei ter
minus per Vicarium .x. dierum & peremptorie infra
quem oſtendat ſe eſſe in poſſeſſione uł quaſi dictaꝫ de-
cimam percipiendi, & fuiſſe continue ſaltem per ſpa
tium trium annorum pacifice & quiete: demuꝫ infor
mata intentione, per ipſum recepto ſup̱ hoc iuramen-
to ab utraqꝫ parte .s. petentis, & ſe opponẽtis tanq̃ lite
conteſtata de ueritate dicenda admictatur ad proban
dum de iure ſuo: alioquin ad exequtionem præcepti
ipſi layco facti uel faciendi non obſtante alicuius op-
poſitione per dictum Vicarium procedatur: non ob
ſtante aliqua conſtitutione per nos ſuper hoc aliquo
tempore edita.

i Teꝫ cum layci clericis ſoleant eſſe infeſti: & ideꝫ
hactenus in noſtra curia conſuetum ſit qđ cleri
cus laycum pro quacunqꝫ cauſa ſeu debito ciuili con-
ueniat laycum coram eccleſiaſtico iudice: ſtatuimus
& ordinamus qđ null⁹ clericus ſeu p̱ſona eccleſiaſtica
nr̃æ iuriſditioni ſubiecta laycũ conueniat ꝓ quocũqꝫ

delicto seu quacũq; causa ēt ciuili sine nostra seu nostri Vicarii expressa licentia sub pœna quinq; ducatoꝝ auri pro quolibet & qualibet uice contrafaciente.

De libelli oblatione.

f Inem litib⁹ imponere cupientes & ut laborib⁹ partiu; & expensis occurrat̄ hac p̄senti constitutione firmam⁹ ꝙ in causis quæ inter clericos & laycos in nr̄a curia uentilant̄ nō excedentib⁹ summā libraꝝ xx.f.p.libellus quisq̄ offerre minime teneatur: sed summarie sine strepitu & figura iudicii ꝑ iusiurandū & alias uerisimiles coniecturas possit libere diffiniri.

u T ēt parcat̄ expensis partiu; & lites citius terminent̄: statuimus & ordinam⁹ ꝙ si reus citandus distet a ciuitate p.x.milliaria si prima citatio ꝑsonal'r eu; apprehenderit, cū protestatione qđ eligat locu; in ciuitate uł procuratorem constituat, al's ad ualuas audiētiæ citabit̄ usq; ad sententia; exclusiue: Actor non teneat̄ amplius citare eu; ad domū, uel personaliter: nisi iudex propter iustā causa; aliter fieri mādauerit.

De feriis.

u T debitus honor & reuerentia altissimo & sanctis suis competens per nostros subditos tribuatur: Statuimus qđ diebus feriatis a iure uel per consuetudinem sicut sunt patronoru; nostrorum Zenobii, & Reparatæ, & sancti Iohānis gualberti, & alioꝝ ab omni causarum strepitu & omni illicito ope abstineri, qbus ēt partib⁹ consentiētib⁹ renūtiari nō possit.

Temporibus autem a iure prohibitis matrimonium non consumetur, siue nuptiæ celebrentur. Contrariu͡ȝ uero facientes præter pœnas a iure inflictas pro uice qualibet in libris. xxv. f. p. operæ sanctæ Reparatæ exsoluendis condemnentur.

¶ De restitutione spoliatorum.

c Vm omnis uiolentia sit a iure prohibita, eo fortius est prohibenda circa illa quæ Creatoris omnium laudem respiciunt: Et iccirco desiderantes ex incumbenti nobis officio uiolentiis & conatibus peruersorum quantum possumus obuiare: præsenti constitutione duximus statuendu͡ȝ, q͡p si quisq̃ nobis subdit⁹ dei timore postposito, & officio pietatis abiecto suo beneficio uel ecclesia propria temeritate aliquez duxerit spoliandu͡ȝ: eo ipso excommunicationis sententia innodatus existat: a qua absolui non possit nisi restitutione facta plenarie spoliato, & eidem de damnis satisfecerit & expensis.

i Tem statuimus q͡p si quem laycum de quocu͂q͡ȝ clerico uel persona ecclesiastica coram nobis & nostra curia super inuasione seu spoliatione alicuius domus seu possessionis non ecclesiasticaru͡ȝ querelari contigerit causa ipsa eo ordine iure, modo, & forma, & examinari debeat & finiri, q͡bus fieret inter laycos in seculari curia florentina.

¶ De probationibus.

u Eritatem quantum possumus, & nobis ex alto conceditur inter nostros subditos illi⁹ reueren-

14

tia qui ueritas eſſe cenſetur manu tenere, & defendere cupientes, & falſitates abiicere & protinus confutare præſentis ſcripti tenore, ſtatuimus & ordinamus qđ quicunq; noſter ſubditus quacunq; de cauſa clericus, perſona eccleſiaſtica uel ſecularis cuiuſcunq; ordinis, conditionis, ac ſtatus exiſtat in cauſis quæ uentilant̄ coram nobis & noſtra curia ciuiliter uel criminaliter falſis probationibus quibuſcunq; ſeu atteſtationibus non utatur. Contrarium uero facientes præter infamiam quam incurrunt in. C. floreñ auri noſtræ cameræ perſoluendis in his ſcriptis ſententialiter condē namus. Teſtes uero falſi & notarii inſtrumenta falſa conficientes, ſeu ſcripturam aliam quamcunq; ultra pœnam prædictam, in qua exnunc ſententialiter condemnati exiſtant, condemnari & puniri poſſint prout negocii qualitas exægerit, & nobis uel officialibus noſtris uidebitur expedire. Mandantes confeſſorib9 omnium prædictorum qđ eos uel ipſorum aliquē a peccato huiuſmodi non abſoluant, ſed ad nos uel officiales noſtros remictant eoſdem, qui tunc demū abſoluantur, & non aliter quando communi uel parti læſæ quod uel quam offenderit, deintereſſe: & dāno ſatiſfecerit competenter.

i Tem aduertentes quantæ importātiæ ſit examinatio teſtiū: ſtatuimus & ordinamus qđ teſtes examinandi in curia noſtra in quacunq; cauſa examinentur per notarium actuarium illius cauſæ & Vicarium noſtrum: qđ ſi propter aliquod impedimentū Vicarius adeſſe nō poterit, adiungat Vicarius notario cauſæ alium notariū curiæ noſtræ qui ſit præſens, & uice illius fungatur.

¶ De fide instrumentorum.

c Allidas peruersoruꝫ astutias compescere inten/dentes statuimus & districte prohibemus ne aliquis notarius nisi nostræ curiæ iuratus existat de actis & actitatis aliquibus in iudicio uel extra per nos uel nostrum Vicarium audeat conficere publicuꝫ instrumentum: nisi de nostra uel nostri Vicarii processerit uoluntate. Adiicientes huic qđ aliquis qui a grauamine uł a sententia putauerit appellandum in absentia iudicis/seu clanculo cum eius præsentiam habere potuerit/non appellet. Mandantes notariis qui appellationem in publicam formam debēt redigere/qđ copiam appellationis huiusmodi ei a quo appellatur/relinquant: & eius responsionem conscribant/si eam tunc facere potuerit/ante q̄ a iudicio prædicto discedant: ut libertas & ueritas in talibus obseruetur/& petitis in appellatione possit iuridice responderi. Et qđ sine responsione iudicis a quo appellatur/si eam facere uoluerit/& fecerit tum instrumentum de appellatione interposita non compleat uel restituat appellanti/uel alteri pro eo. Contrariuꝫ uero facientes eo ipso excommunicationis sententia se nouerint irretitos: Alias instrumentis ipsis fidem decernim⁹ nullatenus adhiberi.

INCIPIT LIBER TERTIVS.

¶ De uita & honestate clericorum.

C VM REGVLA COMMVNIS ET iusta sit in omnibus obseruanda: ut per eam quisq informetur tanq decentem ad ordinem & finem directum: Qualiter honestis & iustis inhærere debeat, & per illam crescere, & in uirtutibus ambulare, & ab iniustis & inhonestis totaliter declinare: Nos ad effectum huiusmodi nostros subditos dirigere & regulare cupientes: præsenti constitutione statuimus & firmamus qd omnes & singuli prælati & rectores ecclesiarum & alii quicuq clerici & personæ ecclesiasticæ cuiuscuq status, dignitatis, aut coditionis existat nræ ciuitatis & dioc floren continue habitum clericalem deferant & tonsuram suo ordini & statui congruentes: ut qd religiosi habitum suæ religionis apparēter deferant: & super aures tondeantur, cum tonsura rotunda ita qd auris tota appareat discooperta: Coronas etiam religiosi clerici gestent desuper rasas & competentes: Prælati & Canonici & alii Rectores ecclesiarum in sacerdotio constituti & omnes alii curam animaru habentes: & in ciuitate florentina seu in castris & in locis insignib9 floren dioc continue permanentes, mantellum seu uestem talarem simul cu caputeo in spatulis continue gestent et gestare teneantur et tonsurā conuenientem deferant, ita qd saltem extremitas inferior auris appareat discooperta cum corona desup

rasa competenti : Et nullus audeat uel præsumat gestare farsettos (ut uulgo dicitur) scollatos extra honestatem prout hodie communiter ferunt layci. Clerici autem in aliis sacris aut minoribus ordinib9 constituti, tonsuram prædictaꝫ deferant cum corona competenti ut supra . . Vestes talares continuo deferant nimia longitudine uel breuitate minime notandas, & tales propter quas a laycis omnino distinctionem accipiant . Viridibus autem & rubeis coloribus tam in uestibus q̃ in caligis uel biretis non utantur, & ab illis ac uestibus sericeis omnino abstineant . Liceat tamen indignitate constitutis & canonicis deferre diploidas seu (ut uulgariter dicamus) farsettos ex raso nigro. Nullus autem clericus uirgatis seu partitis uel sericeatis uestibus, seu cum galis (ut uulgo dicitur) uel caligis similibus utatur : mimis iocularibus & histrionibus non intendant : tabernas prorsus euitent, nisi forte causa necessitatis & in itinere constituti. Mercantiis, seu negociationibus secularibus a iure prohibitis se non implicent : Ad aleas uel taxillos nõ ludant : nec huiusmodi ludis intersint : a crapula & ebrietate diligenter abstineant : cum ebrietas & mentis inducat exilium : & libidinis prouocet incentiuũ : Siquis autem super iis aut aliquo prædictorum culpabilem se exibuerit, si constitutus fuerit in sacris ꝑ uice qualibet & quolibet eorum in quibus contra fecerit : in pœnam duorum florenorum nostræ cameræ soluendorum ipso iure incurrat : Si uero fuerit in minoribus costitut9 pœnis & ordinationibus in sequenti cõstitutione inflictis, eo ipso incurrisse declaramus.

q Voniam sacrorum Canonum instituta decer/
nũt/ut clericos a laycis habitus distinguat diuer
sitas / & ipsi clerici qui in sortem domini assumunt /
suo ordini congruentem habitum deferant & tonsu
ram. Iccirco præsenti constitutione monemus pro
primo / secundo / tertio / & peremptorio termino &
edicto / omnes & singulos clericos & personas eccle/
siasticas nostræ ciuitatis & dioc præsentes & futuras
in minoribus ordinibus constitutas & dictas personas
ecclesiasticas quæ secundu eorum ritum uel ordine
ad recipiendum ordines non tenentur / quatenus si
gaudere uolunt priuilegio clericali / habitum & ton
suram conuenientem ordini suo prout in præcedenti
nostra constitutione distinguitur in dicta ciuitate de
cætero deferre debeant & portare: & a prohibitis in di
cta constitutione & a iure communi penitus abstinẽt:
& al's ita honeste incedere / q ex declaratione huiusmo
di habit9 & tonsuræ modestia clericalis uel regularis
ab omnibus uideantur / & euidenter ualeant clerici re
putari. Alioquin quia priuilegium meretur amictere
qui permissa sibi abutitur potestate: omnes & singu
los clericos & psonas ecclesiasticas pdictæ ciuitatis &
dioc aut in ipsa undecunq fuerint commorantes qui
habitũ & tonsurã (ut pdicitur) portare cessauerint / ul'
se implicuerint negotiationibus / enormitatibus / mer
cationibus / uel tabernis supradictis / gabellas ẽt non
emant ul' officiũ gabellaꝝ aliqd quo quo modo dire
cte uel indirecte recipere uel exercere præsumant / nec
aliqua alia quæcunq officia cuiuscũq ciuitatis seu cõ
munis: & qui sine huiusmodi tonsura ul' habitu con
iunctim absq manifesta causa / de qua infra. viii. dies

postq̃ emerserit in nostra curia fidem facere teneãtur inuenti fuerint incedere / seu deliquerint in prædictis uł aliquo præmissorum correctioni secularis iudicis / de cuius foro ex quo quem gestant habitum se osten dunt / penitus relinquentes : statuimus eos per nos & nostram curiam de cætero non defendi.

i Tem statuimus q quicunq clericus regularis uł secularis seu persona ecclesiastica nobis sub / iecta quacunq de causa arma portauerit per ciuitate & dioc florentinam absq nostra licentia speciali uel nostri Vicarii nisi in itinere constituti seu per loca su / specta contigerit eos ire pro uice qualibet si de die fue rit / in ducat quinq pro quolibet armorum genere of fendibilium / defendibilium in solidis. xl. nr̃æ came ræ exsoluendis : Si uero de nocte in florenis. x. auri modo simili nostræ cameræ exsoluendis sententialr condemnamus : Arma perdant & ipsorum prætium in usus pauperum per nos uel Vicarium nostrum cõ uertatur. Religiosi uero & seculares qui pœna pecu niaria multari nõ possunt / per nos uel Vicarium no strum carceri deputentur / prout iustum fuerit uisu : & arma perdant : quorum pretium conuertatur ut superius est expressum.

d Ecet domum domini cu omni cautelæ studio q̃tum existit possibile / ab omni periculo & scan dalo præseruare : ac etiam ab omnib9 forensibus acti / bus præcauere : ut in pace & quiete nomen altissimi & gloriosi ad cuius laude noscitur dedicata / possit ho ris debitis uenerari. Et iccirco statuimus & manda / mus sub pœna excommunicationis districtius iniun

gentes

gentes uniuersis & singulis prælatis / rectoribus eccle
siarum / religiosis / & secularibus / aliisq; personis ec/
clesiasticis cuiuscunq; status / aut conditionis existāt /
nobis subiectis quacunq; de causa / q̄ ecclesiarum om
nium & claustrorum / ipsarum hostia serratura ferrea
cum claui etiam ferrea immediate post completoriu;
claudantur in primo sono campanæ palatii / nec ape /
riant de nocte nisi necessitatis articulus immineret :
uel nisi nocte sancta natiuitatis Domini / & aliis tem/
poribus / quibus layci ad matutinas horas & diuina of
ficia celebrari impedimento cessante de more consue
uerunt admicti. Præmissis adiicimus & prohibemus
omnibus & singulis supradictis ne uinum seu quæ /
cunq; alia uictualia infra septa ecclesiarum / seu in do
mibus ipsarum iuxta ecclesiam uendant / seu uendi
per quempiā faciat ad minutum aliqua ratione. Con
trarium uero facientes / si prælati capitula uel conuen
tus existāt in libris. x. f. p. pro uice qualibet. Singuli
aūt inferiores in solidis. C. eiusde; monetæ nostræ ca
meræ applicandis condemnamus.

i Tem statuimus q̄ nullus clericus religiosus uł
secularis nostræ iurisditioni subiecti ad choreas
mulierum / uel ad alios ludos ipsarum uadat / nec in
tersit aliqua ratione. Nullus etiam ipsoru; tabernas
ingrediatur ad commedendum uel bibendu; nisi in
itinere constitutus. Contrariu; uero facientes in præ
missis uel aliquo præmissorum pro uice qual; / quo;
quilibet possit esse accusator / in uno floreno aureo no
stræ cameræ exsoluendo condemnatus existat : cuius
condemnationis medietas sit denuntiatoris / & no /

men eius in secreto teneatur: & insuper eis & cuilibet prædictorum interdicimus omnez ludum taxillorum. Idez præcipimus de ludo cartarum in omni loco. Si aũt alicubi luserit ad taxillos in quocunq; ludo pro uice qualz in florenis auri. x. nostræ Cameræ exsoluendis condemnati existant: nec in domo/ cimiterio/ uel curia/ seu alibi ludum retineant/ sub pœna consimili nostræ cameræ exsoluenda. Si uero aliquis eorum ludis alicubi interfuerit supradictis/ eos in ducatis qnq; auri nostræ cameræ exsoluendis sententialiter condẽnamus. Quaruz condemnationuz quarta pars sit denuntiatoris: & nomen eius in secreto teneatur.

i Tem statuimus q; quicunq; clericus/ uel aliqua persona eclesiastica quacũq; de causa nobis subiecta inuenta fuerit de nocte/ aut in hora suspecta uel loco cum personis suspectis/ siue etiaz aliquando per terram instrumenta musica publice pulsare/ uel cum eis cantare præsumpserit pro qualibet uice in ducatis duobus auri nostræ cameræ exsoluendis effectualiter condemnata existat.

h Abet sanctoruz patrum regula salutaris/ q; uirgines Deo dicandæ Christum eligant sibi sponsum. Decet igitur eas nullis secularium patere aspectibus: Ideoq; clericis & religiosis nobis subiectis quacunq; de causa districtius inhibemus: ne ad aliquod monialium monasterium ciuitatis & dioc. florentinæ sine nr̃a uel nostri Vicarii aut uisitatoris a nobis dati licentia speciali/ p̃sumat accedere ad loquenduz/ ita q; loquatur eisdez uel alicui earũdem ibidez nisi fuerint

18

confessores ad confitendum uel prædicatores ad prædicandum solũmodo/&prædicantes in earũ ecclesiis/seu etiã qui causa solemnitatis uel funeris ad ipsa monasteria fuerint inuitati: uel consanguinei in primo uel in secundo gradu/ q ipsis consanguineis duntaxat ad ecclesiæ locutoriũ loqui possint. Contrarium uero facientes (si fuerint clerici) in floreñ quinq; auri: si uero layci in tribus/uice qual; pœna multẽtur a nobis. Si uero regulares eo ipso excõmunicationem incurrant: Laycis etia; prohibem⁹ sub excõmunicationis pœna ut null⁹ ad dicta monasteria ad loquendu; cũ aliqua moniali præsumat accedere/uel loquať ibidem alicui earũ sine nostra uel nr̃i Vicarii licentia speciali: nisi fuerint mercennarii uel operarii oportuni aut consanguinei in primo uel secũdo gradu: qui dũtaxat consanguineis ipsis loqui ualeant: & tũc in præsentia abbatissæ uel alterius sororis ad hoc deputatæ ab ea. Intrantes uero mares claustrũ domniarũ exceptis mercennariis oportunis/&aliis in alia nr̃a constitutione de regularibus & transeuntibus ad religionem contentis sententiam excommunicationis eo ipso incurrant: a qua nequeant absolutionis beneficium promereri/nisi pri⁹ libras quinq; .f.p. operæ ecclesiæ florentinæ persoluant: Et abbatissa teneatur in uirtute obedientiæ denuntiare nobis uel nostro Vicario nomen intrantiu; contra constitutioné huiusmodi: nostro si in hoc cessauerit arbitrio punienda. Vniuersi autem familiares nostri tam clerici q̃ layci qui absq; nostra licentia contrafecerint/a familiaritate prædicta sine spe restitutionis se nouerint priuatos.

r Ecolendæ memoriæ Dñi fratris Latini dudum hostieñ & uelletreñ Episcopi tunc ap̄licæ sedis legati constitutionem contra clericos concubinarios editam, uolentes a clericis nostræ iurisditionis inuiolabiliter obseruari ipsam præsentibus nostris capitulariis duximus inserendam, quæ talis est: Quamuis concubinarios clericos sacri Canones seueritate multiplici prosequantur, quia tamen pleriq; Dei timore postposito, in huiusmodi turpitudine uitii non solū occulte, sed etiam publice inueniuntur offendere. Nos eorum impudentiam oportuna distinctione cō fundere ac reprimere cupiētes, Monemus omnes clericos nostræ legationis qui sacrum ordinem & ecclesiasticum beneficium sunt adepti, seu adipiscentur in posterum, ut nullus eorum concubinam siue focariā publice tenere præsumant. Et siqui suadēte diabolo detinent, infra octo dies ex quo præsentem constitutionem in sua ciuitate & diocesi publicatam esse cognouerint, eas a se prorsus abiiciant: nunq̄ de cætero recepturi. Siqui uero ex prædictis clericis concubinā aut focariam publice ac manifeste in domibus ecclesiarū per duos menses post terminū supradictum non erubuerit retinerē beneficiis ecclesiasticis, quæ infra nostræ legationis terminos obtinēt, ipso facto nouerint se priuatos. Episcopis autē & superioribus ad quos beneficiorum quæ taliter delinquentes fuerant assecuti, collatio seu prouisio pertinet conferendi ea, seu prouidendi de ipsis concedimus facultatem. Alii aūt ad quos electio seu præsentatio ad beneficia eadē uel eorū prouisio spectare dignoscitur, liceat eligere

ſeu præſentare ad illa uel etiam prouidere de illis: ex quo per Epiſcopos prædicti clerici præſentis conſtitutionis pœnam denuntiati fuerint incurriſſe: ut ſic qui damna ſpiritualia paruipendunt: temporalis ſaltem iactura coherceat a peccato.

o Mnem materiam & cauſam quantum cum deo poſſumus, amputare a noſtris ſubditis deſiderantes: præſenti conſtitutione ſtatuimus & ordinamus qđ nullus clericus ſeu eccleſiaſtica perſona quæcunq; nobis ſubiecta, quacunq; de cauſa aliquas mulieres ſuſpectas cuiuſcunq; conditionis exiſtant: ſecu; in domo audeat retinere, ſeu continue habitare permictat: niſi forte de illis perſonis exiſtant, in quibus naturale fœdus: nihil fœde permictit criminis ſuſpicari: nec conuerſas ſuſpectas faciant uel recipiant. Qui uero mulierem ſuſpectam retinere, uel inconuerſa; recipere præſumpſerit in pœnam. xxv. librarum f. p. noſtræ Cameræ perſoluendā condemnatus exiſtat: & receptio talis conuerſæ ſit irrita & inanis. Huic autem noſtræ conſtitutioni adiicimus pro primo ſecundo tertio monitionis edicto & termino peremptorio omnes & ſingulos ſupradictos monentes ne concubinas ſiue focarias tenere præſumant. Si quis autem concubinam ſeu focariam de cætero retinere præſumpſerit, ipſo facto in. xxv. florenis aurei noſtræ Cameræ perſoluendis condemnamus eunde;: Quam ſententiam in huiuſmodi concubinatu perſiſtens per duos menſes animo ſubſtinuerit indurato, ad collationem beneficiorum quæ obtinet in ciuitate & dioceſi florentina, quibus priuati exiſtunt per con

stitutionem præcedentem secundum illam per nos uel nostros commissarios in hac parte & per alios, ad quos spectat, declaramus esse procedendum: Et nihilominus condemnationem prædictam prout præmictitur soluere teneatur. Si uero sic delinquens religiosus fuerit sine administratione qui pœna pecuniaria multari non potest, in carcere decludatur ad nostrū & officialium nostrorum arbitrium detinendus.

¶ De clericis non residentibus.

n Emini uenit in dubium clericis & personis ecclesiasticis beneficia ecclesiastica & ipsorum stipendia conferre & assignari, ut in illis personalē residentiam faciant: & eisdem deseruiant in diuinis. Sed quia præsentis temporis malitia nonnullos in tantū seducit, q non solum in illis deseruiunt, sed bona ipsorum quandocunq; per se quandocunq; per alios in illicitos usus conuertunt: & in eisdem cultus diuinus minime obseruatur. Nos uero qui talia conniuentibus oculis nullatenus pertransire debemus: remedium apponere cupientes: omnes & singulos prælatos & rectores ecclesiarū religiosos & seculares, & quoscūq; beneficiatos præsentes & futuros nostræ iurisditioni subiectos, quacunq; de causa cuiuscunq; conditionis & status existant, curam animarum habentes pro primo secūdo & tertio termino peremptorio, & edicto præsentis nostræ constitutionis tenore requirimus, citamus, pariter & monemus, qđ infra

tres menſes a publicatione præſentis conſtitutionis ad perſonalem reſidentiam/& reſidendum in eorum prælationibus/eccleſiis/& beneficiis compareant omni occaſione ſubmota: & in eiſdem faciant reſidentiam continuam: prout de iure tenentur/uel nobis ſeu noſtro Vicario fidem faciant: quod de noſtra uel alterius qui dandi habuerit poteſtatem licentia/ abſentes fuerint a beneficiis ſupradictis: in quo caſu intendimus per nos uel noſtrum Vicarium prouidere: ne in illis diuinus cultus & cura debita negligatur. Alioquin omnes & ſingulos ſupradictos non facientes reſidentiam continuam/uel qui abſentes fuerint per duos menſes ſine noſtra licentia ſpeciali: & dictis noſtris monitionibus & citationibus non parentes/ pœna debita prout nobis uidebitur/puniemus. Et inſuper præmiſſis duximus adiungendum: uolentes quantum poſſumus iuris imitari ueſtigia/ qđ omnes Canonici & alii beneficiati/ ſeu clerici cuiuſcunq; ordinis/conditionis exiſtant nobis ſubiecti/cathedralis/& omnium aliarum eccleſiarum collegiatarum/ qui diuinis officiis/horis/& temporibus conſuetis intereſſe debent/ niſi fuerint iuſto impedimento detenti/omnino interſint. Alioquin quotidianis diſtributionibus ea uice/ qua non interfuerint/ ſint ipſo facto priuati. Vbi autem diſtributiones non fuerint/ ſi in Matutinis/ Miſſa/ Veſperis non interfuerint pro qualibet uice quatuor denarios prælato ſoluere teneantur in utilitatem eccleſiæ conuertendos: Quæ diſtributiones in utilitatem eccleſiæ

expendantur ad nostram ordinationem uel nostri Vicarii, & aliquo modo ipsi priuati petere non possint illas, nec oblatas recipere. Quod si secus fuerit attemptatum, tam recipientes q̄ dantes pro quolibet & uice qualibet in solidis decem nostræ Cameræ applicandis condemnamus: Mandantes cuilibet de ecclesia in qua præmissis contrarium fuerit attemptatum, nobis uel nostro Vicario infra duos menses post attemptationeȝ huiusmodi sub pœna prædicta debeat nuntiare.

❡ De præbendis & dignitatibus.

a Iure noscitur esse beneficioruȝ pluralitas in una persona quantumcunq; ecclesiastica reprobata: Et iccirco præsenti constitutione monemus pro primo secundo & tertio termino & peremptorio omnes & singulos clericos, & personas ecclesiasticas nostræ iurisditioni subiectas cuiuscunq; dignitatis & conditionis existant, plura beneficia obtinentes, si talia sint quæ sine dispensatione simul teneri non possint, coram nobis uel nostro Vicario infra duos menses a publicatione præsentis constitutionis numerandos faciant plenam fidem de dispensatione beneficiorum suorum sic obtentorum cuius uigore illa obtinent: ꝙ si non fecerint, ipsorum beneficiorum priuationem a nobis uel nostro Vicario expectent. Ab hac aūt constitutione excipimus Canonicos cathedralis ecclesiæ florentinæ.

¶ De institutionibus.

e CClesiarum & beneficiorum ecclesiasticorum
desiderantes onera remouere: Statuimus ut in
nulla ecclesia seu beneficio ciuitatis & dioc. floreñ no
bis subiectis, clerici canonici uł præbendati ultra q̄ pa
tiant̄ prædictoꝶ beneficioꝶ & ecclesiaꝶ facultates as
sumantur. Et si contrarium fuerit attemptatum:
illud decernimus exnunc irritum & inane: Nec ali-
quis prælatus seu rector ecclesiæ secularis uł regularis
de nouo in aliqua ecclesia sibi commissa aliquem cle
ricum apponere audeat sine nostra licentia speciali,
cum talia de iure communi ad nos pleno iure perti-
nere noscuntur: Alioquin quicquid contra præsenteꝫ
constitutionem fuerit attemptatum decernimus irri
tum & inane. Quod si forte aliquis de consuetudi
ne uel de iure ad se spectare talia asseruerit uel de pri
uilegio speciali: de hoc nobis uel nostro Vicario infra
mensem cum fuerit requisitus, fidem plenariam fa
cere teneatur. Alioquin sicut de iure communi ad
nos spectant, declaramus ad nos talia pertinere: Præ
missis quoqꝫ ad cautelam addētes, prohibemus ne ali
quis prælatus uel rector ecclesiarum seu beneficioruꝫ
prædictorum in eisdem ad nostram collationem, in
stitutionem, seu prouisionem spectantibus Canoni
cum, clericum beneficiatum, seu couuersum, uel ēt
perpetuum familiarem facere quo quo modo præsu
mat. Quod si contra præsumptum fuerit: taliter
præsumpta omnino uiribus uacuamus: & eosdeꝫ præ
sumptores & eoruꝫ quemlꝫ contrarium facientes pro

uice qualibet in . xxv . florenis auri nostræ Cameræ persoluendis condemnamus. Præcipientes ipsis prælatis & rectoribus dictarum ecclesiaruȝ & beneficiorum, ꝙ cum fuerint requisiti, nobis uel nostro Vicario cuȝ iuramenti præstatione Canonicorum, clericorum beneficiatorum, conuersorum, seu perpetuorum familiarium numerum in ipsis: & omnes redditus & prouentus beneficiorum, & ecclesiarum ipsarum, quas possident assignare procurent. Alioquin simili modo eos & eorum singulos in præfata pœna condemnamus. Præfatam autem constitutionem extendi uolumus ad præterita, præsentia, & futura.

¶ DE Instit.

q Voniam ex mutatione prælatorum & rectoruȝ ac clericorum ecclesiarum & beneficiorum & piorum locorum nobis subiectorum: bona, & res dissipantur: & in usus impios frequenter expẽdunt: talibus abusibus damnosis obuiare uolentes, & utilitati ecclesiarum & beneficiorum prædictorum q̃tuȝ nobis est possibile, prouidere: statuimus, & præsentis scripti tenore firmamus, ꝙ omnes & singuli prælati rectores & clerici ecclesiarum & beneficiorum & piorum locoruȝ huiusmodi, cum ipsos infirmari cõtigerit infra tres dies post infirmationem huiusmodi in præsentia notarii & testium, capituli & conuentus ubi fuerit capitulum & conuentus de omnibus reb⁹ mobilibus & immobilibus, thesauris & ornamentis ecclesiæ sufficientibus, adhibitis testibus, inuentariũ

cōficere teneant̄: de quo fiant duo publica instrumenta, unū futuro successori, & aliud nobis uel Vicario nr̄o assignandū: & illud idē intelligim⁹ obseruandū in permutationibus cedentibus renuntiantibus, uel translatis, seu quocunq; modo uel causa priuatis: uolentes q̄ bona huiusmodi personæ seu personis custodienda sicut in inuentario conscripta erunt, assignentur: restituenda postmodum integraliter futuro successori cum instrumēto publico, sicut in dicto inuentario contineri apparebit. Contrarium uero facientes si per mortem careant ecclesiastica sepultura: Et si p̱ modos superius expræssatos, uel alios quoscunq; huiusmodi beneficia uel ecclesias dimictentes, & nō obseruantes prædicta, in. xxv. florenis auri nostræ cameræ persoluendis pro quolibet & uice qualꝫ ipso facto condemnamus: Et nihilomin⁹ omni mora sublata, uacationem huiusmodi, si tale beneficium uel ecclesia ad nostrāꝫ collationem pertinet, nobis uel nostro Vicario intimare procurent: qui in ecclesia sic uacante remanserint, uel custodes bonorum sub pœna nostro arbitrio inferenda:

¶ DE Rebus ecclesiæ alienandis uel non.

m Agistra' efficaci rerum experientia informati, didicimus nonnullos per ingratitudinis uitium ambulare, malum pro bono reddere nullatenus formidantes: ecclesiarum & beneficiorum quorum fulgent honore, bona distrahunt & dissipant, & quod

fortius est uerendū/ipsa beneficia & ecclesias per frau des exquisitas/& bona laycis submictere non uerenť. Iccirco conciliuȝ lugd. a Gregorio.x.editū exequen tes/& prædictis occurrere quantum possumus/cu pientes: statuimus/præcipimus/& mandamus uni uersis & singulis prælatis/& rectoribus hospitalariis/ & personis ecclesiasticis quibuscunq; nobis subiectis quacunq; de causa/ne in casibus eis a iure prohibitis/ ecclesias/monasteria/hospitalia/seu quæuis loca sibi commissa uel bona immobilia seu iura ipsorum lay cis submictant/subiiciant/seu supponant quo quo modo. Ac etiaȝ prohibemus ꝙ iura spiritualia uľ tem poralia thesauros seu ornamenta ecclesiarum suaruȝ/ monasteriorum/hospitalium/seu aliorum locoruȝ ecclesiasticoruȝ quocunq; nomine nuncupentur uen dant/distrahant/pignorent/seu quocunq; aliena tionis titulo alienent sine nostra licentia speciali: Siquis autem huius constitutionis nostræ in totum uel in partem transgressor extiterit: si prælatus capi tulum uel conuentus fuerit: in .xxv. florenis aurei: si rector in decem: uel alius quicunq; de prædictis pœna se nouerit condemnatum nostræ Cameræ per soluenda: & contractus super hoc totaliter initus sit irritus ipso iure: Emptores & receptores uel quos cunq; alios creditores cuiuscunq; status uel condi tionis existant: si contra præsentem constitutionem aliquid duxerint attemptandum/ipso facto sen tentiam excommunicationis incurrant. Præmissis & cuilibet eorum in uirtute sanctæ obedientiæ præ senti constitutione duximus iniungendum: quod

in eorum ecclesiis libros aptos ad legendum & cãtan dum habeant : & qui non habent, habere procurent infra sex menses a publicatione cõstitutionis præsen, tis : ac etiam paramenta & alia ornamenta ad diuinũ cultum spectantia. Libri autẽ dissoluti & incompo siti ligentur, reparentur, et corrigant̃, maxime mis, salia, & alia in loco debito conseruentur: Et cum illa nos uel noster Vicarius uidere uoluerimus, ostendan tur sub pœna nostro arbitrio inferenda.

f Raudibus quæ maxime in morte prælatorũ & rectorum quorumcunq; in præiudicium & gra, uamen ecclesiarum, beneficiorum ecclesiasticorum, & piorum locorum tempore mortis ipsorum, cum tũc corporum libertatem & mentis integritatem non ha beant, remediari uolentes: per nostram præsentẽ con stitutionem reuocamus, cassamus & irritamus ac etiã annullamus, & irritas cassas reuocatas & annullatas nuntiamus & declaramus omnes uenditiones, pigno rationes, liuella, infeudationes, donationes, quitan tias, & liberationes omnes iurium & bonorũ omniũ quorum administratio prælatis competit in morte per x. dies ante seu in uita factas, quandocunq; concessas, & habitas: et institutiones ecclesiarum, sectiones uel unio nes earum potissime per Bo. memo. Dominũ Anto nium Episcopum florentinum, seu alium quemcũq; prædecessorem nostrum. De ecclesiis rebus mobilibus & immobilibus & actionibus quibuscunq; in præiu, dicium nostrum & damnum Archiepiscopatus & ec clesiæ florentinæ quibuscunq; personis religiosis cleri

cis uel laycis contra iustitiam celebratas per ipsum uł alium quemcunq; prædecessorem nostrum, seu aliuз uel alios nomine eorũdem, & omnia talia bona mobilia & immobilia, ecclesias, iura, & actiones quocunq; nomine censeantur in his scriptis pronuntiam9 ad dictam ecclesiam florentinam, & nos libere pertinere disponendi, ordinandi, & prouidendi de ipsis secundũ iustitiam potestate deuoluta, iure cuiuscũq; contrario non obstante totaliter & integre existente, non intendentes per præmissa alicui præiudicari in iure si quod haberet in præmissis.

i Tem districte statuimus & mandamus ac etiam prohibemus nequis clericus, seu persona ecclesiastica cuiuscunq; conditionis & status existat, nostræ iurisditioni subiectus, dolose & simulate quocunq; modo ut commissam sibi ecclesiam defraudet de bonis habitis contemplatione ipsius ecclesiæ emat uel emi faciat in fraudem quascunq; possessiones uel bona per se uel per alios nomine filiorum uel aliorꝫ. Si quæ uero possessiones & bona reperta fuerint taliter acquisita, ipsi ecclesiæ quæ sic noscitur esse læsa exnunc censemus quo ad possessionem & proprietatem libere pertinere, & ei adiudicari debere: & nihilominus eosdem sic in fraudem delinquentes nostro uel nostri Vicarii arbitrio relinquimus puniendos.

i N NOmine Domini amen. Ad cautelam præsentium & memoriam futurorum succensa uelut ignis impietas, usque adeo deuiat suorum

consilium possessorum : q; solerti iustitiæ respicere nequeũtes, nec ipsi Deo datori omnium bonorum, reuerentiam nec ecclesiis & personis ecclesiasticis defe, runt honorem, a quibus noscuntur gratuita benefi, cia percepisse sane sicut prædicat communis relatio & facti euidentia notoria plenius manifestat : Non nulli iniquitatis filii cum deformis temeritatis audacia res & bona mobilia & immobilia Archiepiscopatus florentiñ in tantum subtraxerunt, rapuerunt, ac etiã inuaserunt, qđ fere certa consideratione ad nihilum sunt redacta. Ne igitur per impietatis audaciam fuerit, qui neq̃ fuerunt, nequiores : cum quædam sint culpæ, in quibus culpa est relaxare uindictam, maxime circa illos qui bona & iura ecclesiarum subripiunt, inuadunt, & occupant : iuxta. C. cupientes inobedientiam omnem ulcisci, & ecclesiarum com modis prouidere. Nos COSMVS de Pacciis Dei & Apostolicæ sedis gratia Archiepiscopus florentinus præsenti constitutione monemus omnes & singu, los religiosos, clericos, & personas ecclesiasticas, necnon laycos mares uel fœminas cuiuscunq; con, ditionis & status existant, nostræ iurisditioni qua, cunq; de causa subiectos, quos per præsentem con stititutionem tantum ligari uolumus & teneri, qui de bonis mobilibus & immobilibus & iuribus Ar chiepiscopatus florentini subtraxerunt, detinuerunt, detinent, & occultant, uz, Ornamenta, paramenta, cruces, mitrias, libros, argentum, uasa argentea, gemmas anulos, priuilegia, instrumẽta, prothocolla, pannos linos & lanos, equos, pecuniam, lectos,

uegetes, & nonnulla alia bona mobilia & immobilia & res alias & masseritias, supellectilia, fructus bonorum & possessionum dicti Archiepiscopatus, & quæcunque bona dictæ ecclesiæ debita, nec non & occultantes dicta bona, & res, & malefactores prædictos ac præstantes eisdem consilium, auxilium, uel fauorem, quatenus infra. xxx. dies a publicatione præsentis constitutionis numerandos prædicta, res, & bona nostro Camerario & Cameræ integre restituant, reddant, & assignent cum effectu. Si autem prædicta bona & res haberi non possent: extimationem ipsorum bonorum mobilium tantum omni fraude & dolo remotis persoluant in termino supradicto: Scientes uero dictos malefactores reuelent eis ulterius auxilium non præstando: quem terminum. xxx. dierum eis pro primo secundo tertio termino & peremptorio præmissa monitione Canonica assignamus: Alioquin exnunc prout extunc omnes prædictos & scientes & non reuelantes & quemlibet ipsorum publice in his scriptis sententialiter excommunicationis uinculo innodamus: & eos a cetu fidelium & ab omni actu legiptimo remouemus. Clericos autem & personas ecclesiasticas tanquam magis delinquentes qui fuerunt uel erunt culpabiles in prædictis uel aliquo prædictorum, præter pœnam prædictam tanquam periuros ab eorum beneficiis usque ad satisfactionem & emendam integram duximus suspendendos: Et quod in futurum a promotione tanquam infames & periurii crimine irretiti habeantur indigni. Præsentem autem constitutionem ne prætextu ignorantiæ quisquam se ualeat excusare: Volumus per nostros

subditos

25

subditos semel ad minus singulis duobus mensibus publicari in eorum ecclesiis populo conuocato.

De emptione & uenditione.

c Lamosa insinuatione referente percepimus, quod nonnulli clerici, ecclesiasticaeque personae nobis subiectae multas malitias adinuenire conantur: ut tam commune quam speciales personas per instrumenta fictitia, & simulata: bona, possessiones, & terras alias emere, acquirere, & illa defendere multis fraudibus & modis praesumunt. Nos autem praedictis fraudibus obuiare uolentes, statuimus ne quisquam de praedictis personis de caetero talia attemptare praesumant: quod si secus ausi fuerint attemptare eos, & eorum quemlibet pro uice qualibet in florenis. x. auri lar condemnamus, cuius medietas in commune Florentiae, quod sic contrahendo laesit, uel alteri uniuersitati seu personae laesae: & alia medietas nostrae Camerae exnunc applicata existat: & talis emptio seu contractus sit irritus ipso iure. Et insuper praedictis & ipsorum cuilibet expresse prohibemus: quod de rebus, fructibus, redditibus, & prouentibus ecclesiarum & beneficiorum, quibus praeesse noscuntur suo proprio nomine, uel etiam alieno, praeterquam suae ecclesiae uel etiam beneficii ad utilitatem propriam uel alterius emere possessiones, uel terras nullatenus praesumant. Alioquin possessiones & terrae sic emptae ad ipsam ecclesiam & beneficium libere reuertantur: & praesumptores huiusmodi a praedictis beneficiis uel ecclesiis per nos uel nostrum Vicarium protinus amo-

ueantur. Hanc autem constitutionem extendi uolu mus ad illos qui suos fructus non faciũt de iure com muni.

h Abet aliquorum mordax & effrenata cupiditas modos effrenatos & usus sacrilegos qui exquisi tis fraudibus & dolosis adinuentionibus sub pallia mento diuersorum contractuum bona nostri Archie piscopatus & Canonicæ florentinæ non sine ipsorum graui periculo animarum, & dicti Archiepiscopatus non modico detrimento occupare ac etiam detinere: q͞d nonnulli etiam iniquitatis filii de bonis aliarum ecclesiarum & piorum locorum ciuitatis & dioc͞ flo rentinæ facere non formidant. Nos uolentes animarũ subditorũ nostrorum prouidere saluti & indemnita ti Archiepiscopatus, & Canonicæ, & aliarũ ecclesiarũ & locorum piorum prædictorum salubri obuiare re medio: statuimus districtius inhibentes uniuersis & & singulis floreñ ciuitatis & dioc͞ cuiuscunq; status uł conditionis existant: nobis quo quo modo subiectis, eos pro primo termino & edicto monentes ne a fideli bus emphiteotariis, feudatariis, conductoribus, seu colonis nostri Archiepiscopatus, & Canonicæ, uł aliis quibuscunq; de rebus immobilibus seu iuribus quæ a nobis uel Archiepiscopatu nr̃o seu Canonica floreñ qualitercunq; tenere noscuntur, quicq̃ emant, uel sub pignore recipiant, uel alium quemcunq; contractum ineant super eis, omnib⁹ quoq; nostris, & Canonicæ fi delib⁹ uassallis, & aliis supradictis districte præcipim⁹ & mandamus: ne ipsi uel eorum aliquis uenditionis, permutationis, cõductionis, uł quouis alio titulo ea

quæ tenent, a nobis, uel noſtro Archiepiſcopatu, ſeu
Canonica, uel alia quacunq; eccleſia in alium tranſfer
re præſumant, uel etiam pignorari & obligare. Nos
autem contractus huiuſmodi exnunc uiribus eo ipſo
carere decernimus: & nihilominus contrahentes excõ
municationis uinculo innodamus. Alias autem uen
ditiones, infeudationes de nouo, pignorationes, &
alienationes quaſcunq; factas de poſſeſſionibus & bo/
nis immobilibus alicuius eccleſiæ, ſeu pii loci dictaꝝ
ciuitatis & dioc. ſine ſuperiorum noſtroruꝫ noſtra uł
prædeceſſorum noſtrorum licentĩa & authoritate le/
giptima, & contractus ſuper illis celebratos caſſamus,
irritamus, & nullius firmitatis exiſtere declaramus.
Præcipientes omnibus & ſingulis prælatis, rectoribus
eccleſiaꝝ & pioꝝ locoꝝ prædictoꝝ, ꝙ ad bona et poſ
ſeſſiones huiuſmodi ſic diſtractas recuperanduꝫ, et ad
ius et proprietatem eccleſiarum et piorum locorum
prædictorum reuocandum, Dent opus et operam cũ
effectu, quouſq; eadem bona et poſſeſſiones extiterint
ut permictitur recuperata. Et uolumus qđ ipſi et coꝝ
quilibet infra menſem poſt publicationem præſentis
conſtitutionis nobis uel noſtro Vicario dicta bona et
poſſeſſiones ſic alienata in ſcriptis debeant exhibere.
Alioquin contrarium facientes in decem ducatis auri
noſtræ Cameræ perſoluendis condemnamus pro uice
qualibet et poſſeſſione qualibet, et ad perſecutionem
negocii nihilominus teneantur. Hanc autem conſti
tutionem et in ea contenta non tantum ad præterita
extendi uolumus, ſed etiam ad futura.

i Tem non solum peccata, sed etiam omnem spe
ciem peccati compescere cupientes, uolumus &
emphiteotariis omnib9 sub excommunicationis pœ,
na mandamus, q; in uendendo uel emendo ueterem
cæram, legem communem non offendant, declaran
tes eos legem communem offendere, statuendo, seu
ordinando de certo pretio, & non ultra ueterem cæ,
ram emẽdo uel uẽdendo: & quia oblationes reueren
ter exhibitæ non cum uanagloria fidelium, Deu; pla
cant: floritos cæriculos per quoscunq; ciuitatis & dio
cesis floreñ sub eadem pœna fieri & offerri de cætero
prohibemus. Cæreos autem quos prædicta occasione
receperint, teneantur ecclesiæ destinare, & non alios.
Ad sententia; huiusmodi promulganda; processuri,
si ipsos uel eorum aliquem inuenerimus delinquen,
tes.

¶ De locato & conducto.

o Mnem materiam damni & periculi ab ecclesiis
nobis subiectis, & aliis piis locis quantum pos
sumus præcidere cupientes, statuimus q; null9 locare
debeat possessiones ecclesiæ, monasteꝝ, & hospitalis,
seu cuiuscũq; pii loci uel religiosi ultra quinquenniũ
absq; nostra uel nostri Vicarii licentia speciali sub pœ
na. x. florenoꝝ auri prælato: & quinq; rectori inferẽda
in contrarium facienti, & contractus huiusmodi nul
lius ualoris existat: Potentioribus autem & magnati
bus nullo modo locari liceat sine nostra licentia spe,
ciali. Alioquin contractus huiusmodi nullius firmi
tatis existat: & locans cuiuscunq; conditionis existat,
modo simili in. x. florenis auri puniatur.

u Niuersaliter commodis ecclesiarum nostraruꝫ assidue uigilanti studio ex cura nobis commissa sacrorum docent Canonum instituta inuigilare pro/fectibus / sed Archiepiscopatus nostri commoda pro pensiori cura nos decet attollere / & a noxiis quantuꝫ cum deo possumus / præseruare. Ea propter omnes & singulos contractus locationum ad tempus emphiteotarios & feudales seu ad longum tempus / quod longum intendimus si ultra quinquennium exten/datur / hactenus initos per nostros prædecessores / uel eorum officiales / seu officiales nostros / super bonis & rebus immobilibus Archiepiscopatus florentini / reuocamus / annullamus / & nullos & irritos nuntia/mus : saluo ꝙ siqui contractus initi apparent in utilitatem dicti Archiepiscopatus : ꝙ ex nostro uolumus pendere arbitrio / si utiliter facti fuerint / in sua debeāt firmitate manere : & addendo præmissis nostris offi/cialibus quibus locandi officium fuerit a nobis com/missum / ut in locationibus / pensionibus / & renouationibus feudoruꝫ & emphiteoticis bonorum Archiepiscopalium semper inserant / ex pacto conductores astringant de non relocando uł distrahendo quocūqꝫ titulo rem sibi locatam sub pœna dupli rei locatæ / & ꝙ si fiat contrarium contractus non teneat ipso iure : & nos ipsi cum locauerimus alicui / uere intendimus obseruare.

¶ De solutionibus.

e CClesias nobis subiectas ultra debitum prægrauari nolentes / statuimus & mandamus / ut nul

lus prælatus ultra . x . libras . f . p . inferior uero ultra solidos . C . f . p . nomine ecclesiæ uel loci sibi commissi debitum contrahere præsumat sine nostra licentia speciali . Quod si contra hoc quisq̃ fecerit contract9 non ualeat : si prælatus fuerit in . xx . si inferior in . x . florenis auri puniatur nostræ Cameræ applicandis : & in plus & minus quantitate delicti inspecta prout nobis uel nostro Vicario uisum fuerit expedire . Præmissis addentes ne quisq̃ prælatus uel rector nostræ iurisditioni subiectus de bonis & rebus ecclesiæ debita soluant uel exonerent aliorum . Alioquin de beneficio suo tantundem in euidentem utilitatem ecclesiæ conuertant sub pœna nostro arbitrio inferenda .

¶ De testamentis & aliis ultimis uoluntatibus .

c Larum & manifestum esse censetur clericos administratores & nõ dominos esse ecclesiasticoꝝ beneficiorum : & ideo testandi de ipsis uel disponendi iure prohibente, non habent liberam facultatem . Quare prohibemus expresse prælatis & rectoribus, cõuersis, ecclesiasticisq; personis nobis subiectis, facere testamentum, codicillum, uel aliaꝫ ultimam uoluntatem de bonis supradictis sine nostra licentia speciali : Decernentes huiusmodi testamẽta, codicillos, seu quasuis ultimas uolũtates nulli9 existere firmitatis .

a Equitatem & instituta Canonica ac nostros subditos ad salutem dirigere, & ad finem debitum ordinare per illa quantum possumus intẽdimus imi-

tari. Et iccirco cum prælato superiori tanq capiti uni subditi debeant respondere ne acephali uideantur: & ne corpora sine capite appareant monstruosa: qui prælatus cum debeat eidem tum per se tum per alium ecclesiastica sacramenta præbere omnino esse dignoscit ut archana eorum conscientiarum sibi per ultimas dispositiones quas faciũt innotescant/ ueritatis uoce dicente. Nolite sanctum dare canibus: prouide præsentis scripti tenore/ statuimus & firmamus quod quilz noster subditus quacunq; de causa uolens cõdere testamentum/ codicillum/ uel aliam ultimam uoluntatem/ hoc in præsentia faciat proprii sacerdotis: & per ipsum testatorem indistincte relicta pro anima seu ad ad pias causas post efficacem ordinationem de restitutione usurarum certarum uel cautionem ipsarum: secundum formam decretalis Gregorii. x. Et de incertis/ ac etiam male ablatis certis per notarium fidelem conscribantur: quæ indistincte relicta/ pro anima seu ad pias causas/ de quibus &c.

¶ Hic post annum reuocat exequtionez testamentorum ad se.

i Tem statuimus/ & ordinamus/ & præsenti constitutione monemus q omnes & singuli fidei commissarii & hæredes defunctorum cuiuscunq; conditionis & status existant/ constituti & deputati ad perficiendas & exequendas pias decedentium uoluntates/ infra annum a tempore mortis cuiuslibet testatoris/ uota & dispositiones eorundem decedentium

presertim ad pias causas / & alia ad animarum salu/
tem spectantia teneantur / & debeant impedimento
cessante omnino effectui demãdare: nisi testatoris uo
luntas altioris uel amplioris temporis spatiuȝ ad præ
dicta uel aliquod prædictoruȝ exequenda duxerit de/
putandum. In quo casu propter ultimæ uoluntatis
fauorem / dispositionem cuiuscunqȝ testantis uolu/
mus firmiter obseruari. Alioquin exnunc prout ex
tunc præsenti cõstitutione huiusmodi fideicommis/
sariis & hæredibus taliter negligentibus in testamen
toruȝ exequtionibus per nos remotis / eorũdeȝ exequ
tiones per nos complendas & exequendas ad nostram
curam & sollicitudinem reuocamus. Volumus in/
super & mandamus sub excommunicationis pœna/
quam in contra facientes ferimus in his scriptis / om
nibus & singulis fideicõmissariis & hæredibus depu
tatis ad exequtioneȝ ultimarum uoluntatũ aliquorũ
defunctorũ: quatenus sine diminutione integraliter
uota & relicta testatoris exequtioni demandent: nec
eis liceat pacisci cum eis qui ex testamento recipere de
bent. Non negamus ꝙ post solutionem integre fa/
ctam ipsis hæredibus & fideicommissariis dare & do
nare possint quid uoluerint recipientes præfati.

De sepulturis.

a Mbitionis detestandæ uoragineȝ de medio cleri
tollere cupientes / prohibemus ꝙ nullus cleri/
cus ad alicuius defuncti exequias non inuitatus acce
dat: nisi pulsetur ad cleruȝ: & ꝙ nihil ꝓ ministrandis

ſacramẽtis ab aliquo exigi debeat : tamen quod datũ fuerit recipiatur benigne : & qđ tempore funeris tu mulandi qui ſacerdotes prælati uel beneficiati nõ fue rint cum præſbiteris ſe non debeant immiſcere : ſed ab eis ſtare ſeparati debeant ſub pœna librarum decẽ mulctandi contrarium attemptantes : quas Operæ maioris eccleſiæ florentinæ duximus applicandas : & qđ nullus in ſolutione quã recipit in exequiis defun ctorum/ ſe aſſerat fore in maiori ordine q̃ fuerit conſti tutus / pœna ſimili librarum decem contrarium fa / ciens puniendus exiſtat / conuertenda ut ſupra.

i Tem ſtatuimus iuris experientia informatione coacti/ ad hoc ut liber ſit ſtilus teſtandi: quoniã nihil eſt / qđ humano generi magis debeat q̃ libertas de bonis propriis diſponendi: qđ omnes & ſinguli al lectionibus ſeu inductionibus cuiuſcũq; religioſi uel ſecularis cuiuſcunq; ſtatus uel conditionis exiſtat: ali quatenus adhæreat ſiue credat in eligendo ſepulturã uel legatis aliquibus faciendis. Quod ſi ſecus actũ fuerit/ eo ipſo decernimus non tenere / & allectio eo ipſo ſiue inductio pro probata habeatur/ qđ per famã publicam & unum teſtem fuerit comprobatum : nõ tamen intendimus per iſtam noſtram conſtitutionẽ ligare eccleſiarum rectores/ qui hortabuntur & admo nebunt ſuos parrochianos/ ne ſuas & antiquorũ ſuorũ deſerant ſepulturas.

i Tem ſtatuimus/ diſtrictius prohibẽtes ne quiſq̃ prælatus capitulum uel conuentus/ rector / ſeu collegium / uel eccleſiaſtica quæcunq; perſona ſecu / laris uel religioſa in ſua eccleſia alienum parrochianũ

ad confessiones seu pœnitentias iniungendas recipere scienter audeat, uel aliqua ei ecclesiastica sacramenta sine licentia sui rectoris, de quo credatur confitenti & sacramenta recipienti conferre, nec alicuius defuncti corpus de nō sua parrochia recipiat uel permictat tacite uel expresse deferri ad suam ecclesiaꝫ tumulanduꝫ: exceptis qui moriuntur uł qui iacent in hospitalibꝰ: nisi prius euidenter appareat, ꝙ in ipsa ecclesia ad quā recipitur, expressim & motu proprio & non alterius, per publicum instrumentum manu notarii confectū uel saltem per tres uel duos testes de populo, ubi degit infirmus elegerit sepelliri. Alioquin de electa sepultura huiusmodi fides nullatenus habeatur. Qđ si contigerit non fieri instrumentum, de electione huiusmodi uolumus qđ dicti tres testes, uel duo priusq̄ de domo corpus trahatur, uel ante mortem ipsius defuncti, de illis qui in ciuitate, burgis, uel subburgis moriuntur: In diocesi uero coram plebano uel eius Vicario, in cuius parrochia corpus huiusmodi debitum naturæ persoluit, de electione huiusmodi fiat plena fides: per hoc tamen ecclesiis in quibus talis defuncti maiores ab antiquo: consueuerunt sepelliri: non intendimus aliquod præiudicium generari. Contrarium uero facientes in prædictis uel aliquo prædictorum a perceptione fructuum beneficii sui per annum ipso facto suspendimus per præsentes: qui fructus secundum dispositionem nostram uel Vicarii nostri in utilitatem dicti beneficii conuertantur, quousqꝫ nostro arbitrio uel Vicarii nostri satisfecerit de præmissis.

30

¶ DE Parrochiis & alienis parrochianis.

i Tem statuimus & ordinamus qđ nullus rector ecclesiarum alterius parrochianum contradicente proprio sacerdote / admictat seu recipiat ad diuina seu ecclesiastica sacramenta sine nostra uel Vicarii nostri uel proprii sacerdotis licentia speciali. Contrarium uero facientes in libris. xx. nostræ Cameræ persoluendis uice qualibet condemnamus / de qua licentia seu admissione stetur admisso uel recepto cuȝ proprio iuramento.

¶ DE Decimis & primitiis.

i Tem monemus / & uniuersis & singulis laycis / & peremptorie præcipimus & mandamus sub excommunicationis pœna districtius iniungentes / qđ sacerdoti cui de iure debetur infra. xv. dies post requisitionem ipsius decimas prædiales persoluant: Et qui non fecerint / a peccato absolui non possint / nisi prius satisfecerint de decimis supradictis: processuri nihilominus contra tales ad requisitionem dictorum sacerdotum / prout nobis uidebitur expedire.

De regularibus & transeuntibus ad religionem.

i Tem quamuis certæ pœnæ sint statutæ contra religiosos proprietarios secundum regulam eis datam: tamen quia parum timentur aliquorum proteruia exigente & contemptu. Igitur crescente contumacia crescere debet & pœna, ne propter facilitatem pœnæ sit ulterius perditio plurimorum: statuimus ut ab illis ecclesiis quibus iniuria irrogatur locis, quæ obtinent in eisdem perpetuo sint priuati. Religiosi uero non portantes habitum secundum regulam eis datam, præter pœnam iuris nostro arbitrio puniantur: Et Abbates & superiores eorum eosdem de hoc, & ad hoc compellere teneantur. Prohibemus etiam monachis & monialibus habere sigillum: nec non litteras alicui dirigere: nisi illas suis superioribus ostendant. Qui etiam superiores sigillis possint uti propter administrationem quam habent: Addentesq; prædictis sub pœna excommunicationis mandamus omnibus & singulis Abbatibus, Abbatissis, Monachis, & Monialibus uniuersis nostræ iurisditioni subiectis, q singuli in singulis lectis in uno dormentorio dormiant, intermediis omnibus omino semotis habendo lampadem ardentem de nocte continue horis debitis: de die & de nocte secundum regulam & ordinem eorum silentium seruent: nullaq; secularis persona ibidem ad dormiendum admictatur. Quod si aliqs uel aliqua infirmitate grauabitur: cōfestim

ad domum transmictatur ad usum infirmantium de
putatam: In una etiam domo uescantur silentium
obseruando: nisi forte casu necessitatis per dispositio
nem suorum superiorum: aliud iidem superiores du
xerint obseruandum: eisdemq; quoq; omnia necessa
ria sint communia: possint etiam habere duas uel tres
seculares seruitrices prouidas & discretas. Aliis dispo
sitionibus in eisdem monasteriis circa prædicta & alia
nostro pro beneplacito reseruatis.

i Te; singulis religiosis prælatis in uirtute sanctæ
obedientiæ districte præcipimus & mandamus,
ut omni sollicitudine studeant q; regularis institutio
iuxta sui ordinis regulam in suis monasteriis strictius
obseruetur, ita & taliter q; cum ad eos accesserimus ui
sitandum plus inueniamus in eis: quod commenda
tione q̃ correctione sit dignum.

i Tem præsenti constitutione statuimus, & per
emptorio termino & edicto monem9 omnes &
singulos nobis subiectos quacunq; de causa, qui dein
ceps priuilegio conuersionis gaudere uoluerint: ut
coram nobis uel nostro Vicario compareant, & decō
uersione sua infra. xxx. dies plenam fidem faciant, re
nuntiādo expresse cuilibet contractui seu protestatio
ni factis, quibus obiici posset, conuersionem huius,
modi factam esse, de quibus apud registrum Archie,
piscopalis nostræ curiæ scripta publica debent rema,
nere: & apud locu; secularem uel religiosum, in quo
conuersionem acceperunt continuam residentiam fa
cere teneantur, deferentes in publicum habitum or,
dini uel regulæ seu loco assumpto conformem: nec

laycales societates inire, uel officia, seu cōmertia lay
calia, siue publicas factiones exercere præsumant: sed
a se prorsus euitent. Alioquin quicunq; contrarium
attemptantes tanq̄ inobedientes & incorriggibiles ec
clesiasticæ protectionis beneficio decernimus exnunc
esse priuatos: saluis aliis pœnis cōtra tales nostro arbi
trio reseruatis.

u Olentes saluti animarum abbatissarum & mo
nialium nobis commissarum quantum cu; deo
possumus, prouidere: statuimus strictius inhibentes
q̄ nulla abbatissa conuentus uel monialis ciuitatis &
dioc florentinæ cappellanu; proprium sibi eligant in
eorum monasteriis: sed illum a nobis petant uel nr̄o
Vicario: nisi forte hoc eis competeret de consuetudi
ne uel priuilegio speciali: Et tunc non eligāt nisi qua
dragesimum ætatis annum attingentem: & talem ele
ctum nobis præsentare teneantur: Et sic electus sine
nostra licentia speciali & mandato huiusmodi cappel
laniam non acceptet. Aliter autem facta electio nisi
ut præmictitur, nullius momenti existat: & ea uice
eligentes careant eligendi potestate: & aliter prout no
bis uisum fuerit, puniantur.

i Vris ambiguum non existit: melius fore ante
casu; occurrere: q̄ remediū quærere post ruina;:
& ne de negligentia in prouidendo saluti subditoru;
nostrorum argui ualeamus, præsentis scripti tenore
statuimus & firmamus ut omnia monasteria ciuitatis
& dioc florentinæ deo dicatarum mulierum sic mu
rorum clausura uallent̄, q̄ nec in diuinis officiis, nec
aliis, quibus ius conuersationibus secularibus perso

nis moniales huiusmodi possint aliquaten9 immisce ri: sed ab earum consortio & clericorum omnium & religiosorum maneant separatæ, personis duntaxat exceptis, & casibus in alia nostra constitutione, de uita & honestate clericorum contentis: & aliis per pri uilegia eis indulta, & etiam in infrascriptis, uz. Si ali qua soror ægrotans ad crate; uenire nequiuerit, liceat tunc abbatissæ introducere confessorem ac medicum corporalem fama præclaros, quibus tres uel duæ de monialibus quando loquntur, assistent: sint tamen quando confitetur infirma remotæ, q̄ uideri possit, non tamen audiri: Et tam diu sic assistentes cum infir ma permaneant: donec introducti exierint: potatio ne, cõmestione, uel per monasterium deambulatione omnino prohibitis uz illicitis. Si autem pro reaptan dis domibus uel corporibus tumulandis aliquē opor tuerit monasterium intrare, nulla monialis ibi com pareat ad loquendu; otiose uel illicite: sed seniores deputentur, quæ prædictis assistant in auxiliis oportu nis. Nulli igitur abbatissæ uel subditæ aľr liceat, q̄ ut supra describitur, aliquem uirum in monasteriu; in troducere seu permictere introduci cuiuscūq; ordinis conditionis seu status existat. Nec etiam liceat Abba tissæ seu alicui moniali extra portam claustri uel do morum sine nostra uel Vicarii nostri permissione uel licentia speciali exire: & tunc cum habitu quem ge stant in claustro & societate decenti exeant, termino eis præfixo euestigio reuersuræ cum sociis seu socia. Alioquin contrarium in exeundo facientes, eo ipso excommunicationis sententiam incurrant.

De statu monachorum.

a D salutem animarum religiosoruз & decus morum ipsorum claustra & monasteria eis deputata esse noscuntur: & sicut piscis non potest uiuere extra aquaз: ita ipsi relinquentes monasteria & claustra, & cum secularibus habitantes, se inuoluendo minus licitis & inhonestis ad utrunq; hominem moriuntur. Nos enim pernitiosis abusibus & periculis eorũdem obuiare uolentes, præsentis statuimus scripti tenore, qđ nullus religiosus nostræ iurisditioni subiectus, cuiuscunq; ordinis uel conditionis existat, extra suum monasterium in ciuitate uel diocesi florentina ad habitandum domum emptionis, locationis, uel gratuitæ concessionis, seu quocunq; titulo per se uel aliũ præsumat acquirere. Alioquin si per quenq̃ contrariũ fuerit attemptatum, proprietas & dominium domus uel loci taliter acquisiti per ipsum religiosum uľ aliũ nomine suo monasterio, cui religiosus est professus, applicatum existat: ipso facto ad ipsum libere deuoluatur: & monasteriuз, cuius est monachus, infra mensem a die qua emerit uel habitauerit per se uel alium, ad se reuocare non ommictat: Quod si non fecerit, iuri cedat ecclesiæ florentinæ uз operæ. Et aľr religiosus sic delinquens nostro arbitrio uľ nostri Vicarii puniatur. Præmissis quoq; adiicim⁹ qđ nullus clericus secularis aliquem religiosum in cappellanum familiarem seruitorem uel mansionarium recipiat. Contrarium faciens in pœna. x. ducatoꝶ eo ipso condemnatus existat, nostræ Cameræ persoluenda cuз monachus sine

socio

socio seu ordinis morari non debeat. Et insuper prohibemus omnibus prælatis religiosis & monachis nostræ iurisditioni subiectis: ne extra monasteriū eorum absq; socio sui ordinis incedant absq; nostra uel nostri Vicarii licentia speciali. Alioquin prælatos per mensem administratione bonorum monasteriorum eorūdem suspendimus eo ipso: Monachos autem nostræ uoluntati uel Vicarii nostri relinquimus puniendos.

De iure patronatus.

q Vod ad defensionis subsidium est inuentum, ad depressionis nō debet stipendiū retorqueri. Patronis igitur ecclesiarum & beneficiorum ecclesiasticorum seu quorumcunq; piorum locorum ciuitatis & diocesis florentinæ nostræ iurisditioni subiectis, sub excōmunicationis pœna districtius inbibemus: ne quisq̄ ab ipsis locis ecclesiasticis, & ecclesiis, & piis locis ultra q̄ ius permittat, uiolenter exigant uel usurpent, nec in clericos uel conuersos ecclesiarum huiusmodi manus enormiter iniicere temere uiolentas attemptet: Siquis autem contrafecerit, eo ipso ius patronatus amictat: præcipientes ut nullus patronus uel pro patrono se gerens, per se uel per alium impediat, uel minas inferat, uel terrores uerbis uel factis rectoribus uel prælatis ecclesiarū uel quorumuis ecclesiasticorum seu piorum locorum, quo minus in suis ecclesiis uel ecclesiasticis seu piis locis libere administrarī ualeant, & in diuinis officiis deseruire. Quod si contra fecerit, eo ipso sententiam excommunicationis in

currat, & iure patronatus sit ipso iure priuatus. Si autem contra huiusmodi prælatos uel rectores quicq̃ allegare uoluerint, ad nos uel Vicarium nostrum recurrant, de illo iustitiæ complementum recepturi. Insuper quia hæc tria duntaxat patronos faciunt. s. dos, ædificium, & fundus, excommunicationis mucrone percellim9 omnes & singulos clericos & laycos qui ecclesiis & locis ecclesiasticis aut piis locis nobis subiectis, malitiose fingentes se patronos earum pro uisionibus obstaculum interponunt: saluis aliis pœnis prout nobis uisum fuerit, infligendis in huiusmodi nostra constitutione in supradictos omnes & singulos præsumptores.

❡ De celebratione missarum.

e T Si in sanctis suis gloriosus deus collaudetur, cum a fidelibus honoratur: multo fortius in beata & gloriosa uirgine genitrice sua: Et ideo ad ipsam uirginem deuotissime deprecandam pro pace & quiete fidelium sanctæ Ro. ecclesiæ, ciuitatis & dioc. florentinæ: Monemus & rogamus omnes & singulos religiosos & clericos ciuitatis & diocesis præfatæ, taꝫ cathedralis ecclesiæ q̃ alios, ꝙ solemniter hora tertiæ quando missa sine impedimẽto poterit celebrari, die qualibet missa de beata uirgine solemniter decantetur: & omnibus qui de iure poterunt interesse, qui deuote eandem rogauerint pro pace prædicta, uere pœnitentibus & confessis. xx. dierum de indulgentia authoritate nostra impartimur.

34

Item statuimus q̃d omnes & singuli layci tam mares q̃ fœminæ nostræ iurisditioni subiecti, saltem die Dominica quando missa sine impedimento poterit celebrari, & in statu fuerint q̃d possint interesse, integram missam audiant: ab omni opere seruili diebus Dominicis & festiuis solemnibus cessare debeant, & etiam abstinere: Ad quod rectores ecclesiarum prædictos laycos mares & fœminas monere, & inducere teneantur. Alioquin si neglexerint prædicta uel aliquod prædictorum eis nuntient eosdem negligentes contrahere peccatum mortale.

Item statuimus & ordinamus q̃d omnes clerici regulares & seculares nostræ iurisditioni subiecti, & alii beneficium habentes: omnes horas Canonicas dicere debeant, sicut de iure tenentur. Et sacerdotes ad missas celebrandas non accedant, nisi dixerint mattutinu3 & primam ante tam de beata uirgine q̃ de de die: nec missas celebrare p̃sumant nisi in cõsecrato altari, uel cum uiatico consecrato condecẽti, ubi calix & hostia possint cõmode retineri: pallas & corporalia munda habeant: & alba: sine aliquo colore mixto: & super altari, in quo celebrauerint, habeãt ad min9 tres toualeas, sup̃iorẽ saltẽ benedictã, compet ẽtes & mundas sine macula, hostiã uero cõsecrãdã habeãt de munda farina cũ aqua cõfecta3 sine aliqua alia mixtura: & uinum solũ cum aqua ponant super altari consecrando sine liquore alio: & cum lumine ceræ quando celebrant missas, debent celebrare & hora competenti, ita q̃d omne scandalum euitetur: Et q̃d ad missas celebrandas cu3 mortali peccato nullatenus scienter in

contemptum accedant. Alioquin qui contra præmis
sa uel aliquod præmissorum præsumpserit attempta
re/ uel præmissa omnia non seruauerit in præsenti no
stra constitutione contenta pro uice qualibet libras
xx.f.p.nostræ cameræ persoluere teneatur/in quibus
præsenti constitutione sententialiter condemnam9.

i Tem statuimus & ordinamus qd nullus sacer/
dos a cornibus altaris interioribus supra/aliquē
masculum uel fœminam cuiuscunq; conditionis exi
stat/dum missam celebrat/nisi unum uel duos cleri
cos sibi seruientes admictat/ uel stare permictat: ne cir
ca tantum ministerium dedicatus per multitudinem
gentium ad alia distrahi ualeat uel confundi. Ita qd
cu; tempus fuerit cautelæ studio tantum conficiat sa/
cramentum. Quod si contrarium per aliquem fuerit
attemptatum/pro uice qualibet in solidis.x. nostræ
Cameræ persoluendis condemnatus existat.

i Tem q nullus sacerdos cantet seu celebret mis
sam bis in die: præterq̄ in natiuitate Domini no
stri Yħu Xpi: nisi necessitate urgente a iure expressa:
& tunc non purificet/quando oportebit ipsum cele/
brare iterum. Contrarium facientem & qui eu; admi
serit/ præter pœnam Canonicam in libris quinquagin
ta.f.p.Cameræ persoluendis pro uice qualibet con/
demnamus.

i Tem uolumus & mandamus q ministri q ser/
uiūt/in missa semper & ubiq; in ciuitate/castris/
& dioc florentinæ in collegiatis ecclesiis & prioratib9
sint cotta induti dum ministrant in missa.

35

i Tem statuimus, uolumus, & mandamus, ne quis peregrinus sacerdos in aliqua ecclesiarum nostræ ciuitatis & dioc publice admittatur ad diuina missarum officia celebranda sine litteris commenda, tiiis sui Episcopi, & nostra speciali licentia. Contra facientes nostro arbitrio puniantur.

¶ De baptismo & de eius effectu.

i Tem cum baptismus sit ianua sacramentoruз, de ipso statuimus præsenti scripti sanctione, q̄ in nullo liquore fiat, nisi solum in aqua & forma debita: Et cum uerbis ab ecclesia ordinatis: Et q̄ null9 præterq̄ sacerdos præsumat: Et in loco ordinato, nisi esset de personis exceptis a iure aliqueз baptizare, nisi casus necessitatis immineret. Prohibentes expresse, q̄ nullus baptizans pretium uel munus exigat pro baptismo uel al'alio sacramento, nisi qđ liberalitas obtulerit offerentis. Quod idem sancimus de omnib9 rectoribus ecclesiarum. Alioquin contrarium facientes nostro arbitrio relinquimus puniendos.

¶ De custodia eucharistiæ:

i Tem statuimus qđ quilibet sacerdos & rector nobis subiectus curatus, hostiam consecratam pro infirmis sub claui teneat in pisside munda, & in eminentiori loco ecclesiæ, ita q̄ ad ipsam sinistra manus non possit habere palpatum. Crisma uero uel oleum sanctum sub claui modo simili, & in loco a

per se teneat, in eandē hostiaȝ semp in capite octo dieꝝ renouet: ne aliquid sinistri accidat circa eam: & primā quæ consecrata fuit in præcedēti octaua die, anteq̄ pu rificet sumat, & postea purificet: & cum sacerdoteȝ cō tigerit eaȝ deferre ad infirmum, indutus albis uestib9, & cum stola, cæræ lumine competenti, & campana, in pissde munda cū uelis competentibus ornata deferat ante pectus: & aduertat q͏ ipsaȝ non exhibeat in mor talibus constituto, & personæ non cōtritæ, nec fatuo: uel in ætate & sensu legiptimis non constituto, nec cuiq̄ in infirmitate posito conferre præsumat, qui de suis bonis dispositionem facere potest nō condito te stamento uel alia legiptima uoluntate: ne decedentis uel decedentiuȝ bonis contentio sine discordia in po sterum ualeat exoriri: nec hostiam consecrare p̃sumat super altari uiatico & consecrato, nisi tantæ longitudi nis & latitudinis sit, q͏ calix & ipsa hostia super altari ipso cōmode possit aptari. Qđ si forte a quoq̄ in præ dictis uel aliquo prædictoꝝ contrariū fuerit attempta tuȝ in libris .xl.f.p. pro uice qualibȝ nostræ Cameræ persoluēdis præsentis scripti authoritate sentential͛r condemnamus.

i Tem præsenti constitutione sancimus, qđ nul lus rector ecclesiarum secularis ul͛ regularis, seu quæuis alia persona nobis quacūq͏ de causa subiecta, hostiam consecratam uel uinum alicui tradat, nisi ꝑ speciali animæ refectione, nec ad usum alium. Qđ si forte aliquis contrarium attemptauerit, præter pœ nam carceris ad arbitrium nostrum inferendam .x. libras pro uice qualibet nostræ Cameræ persoluere te

neatur, in quas præsentibus condemnamus. Et hoc idem locum habeat in his, qui crisma oleum sanctũ, & infirmorum alicui tradere præsumpserit ad usum alium q̃ ab ecclesia deputatum.

¶ De reliquiis, & ueneratione sanctorum.

i Tem statuimus & ordinamus q̃d omnes & singuli eccl'iaꝝ rectores taꝫ regulares q̃ seculares nostræ iurisditioni subiecti, moneant & inducãt omnes mares & fœminas in eorum parrochiis constitutos, ut tales se exhibeant, q̃d corporis Domini sacramentuꝫ sufficienti contritione, confessione, & satisfactione præmissis semel saltem in anno recipiant reuerenter. Alioquin una uice infra octauam natiuitatis quolibꝫ anno nobis uel Vicario nostro studeat nuntiare. Contrarium facientes: Volumus etiam & mandamus q̃d omnes & singuli ecclesiarum rectores tam ciuitatis q̃ diocesis florentinæ officium ordinarium ob reuerentiam corporis & sanguinis CHRISTI, in decretali edita per Bo. me. Dominum Vrbanum summum pontificem, & inserta in libro septimo Decretalium per sanctissimum Dominum Iohanneꝫ Papam. xxii. quæ incipit: Transiturus de mundo &c. Quaꝫ quilꝫ ecclesiarum rectores tam regulares q̃ seculares teneantur habere, & eam totaliter debeant obseruare, ut subditoruꝫ animas Deo lucrifaciant: & ipsi premium mereantur retributionis æternæ. Et insuper præsenti cõstitutione sub excõmunicationis pœna ꝓhibe

mus expresse / ne quæuis persona nostræ iurisditioni subiecta / cuiuscunq; status existat / malitiose reliquias sanctorum habere se dicat : quæ non fuerint approbatæ. Alioquin ad dictam sententiam proferendam per nos uel nostrum Vicarium procedatur / & tanq̃ falsarius puniatur :

¶ De immutatione.

q Via in plerisq; locis nobis subiectis nõnulli tam mares q̃ fœminæ nostræ iurisditioni suppositi / rectoribus ecclesiarum in festiuitatibus natiuitatis / resurrectionis Domini / & certis aliis diebus prætextu quarundam abusionum / quæ uerius dicuntur corruptelæ. Artocleas seu tortas / agnellos benedictos / castaneas / panem / uinum / & nonnulla allia secundu; temporis qualitatem non ex deuotione / sed quadam indeuotione ul' poti9 ingluuia exigunt & extorquẽt : ac etiam in dictis festiuitatibus & diebus officiales in parrochiis constituunt qui panem & uinum a rectoribus ecclesiarum recipiunt / exigunt / rapiunt / & consumunt / non solũ inter uolentes recipere distribuendo / sed etiam panem canibus proiiciendo / & uinum quod bibere non possunt / per terram fundendo / & etiam uasa ipsorum frangendo / ex quibus ebrietas insurgit : fiunt rixæ inter eos / de quibus multotiẽs homicidia & mutilationes membrorum sequunt̃ : & his non contenti / aliis diebus ex debito petunt sibi dari / & fieri indebite conuiuia uelint & nolint per rectores p̃dictos : Et cumulantes mala malis / peiora pessimis : in non modica; dei offensam & sanctorum ipsius / &

cōtra Canonica instituta : ꝑ libito uoluntatis & mul
totiens contra uoluntatem rectoꝝ necnon in eorum
animarum periculum, & ipsoꝝ rectorum, & ecclesiaꝝ
non modicum detrimentum, in ecclesiis aliquibus &
piis locis tam ciuitatis q̄ dioc operarios constituunt,
seu guardianos yconomos, uel decuriatores, seu sub
quocunq; alio nomine officiales constituunt, qui bo
na, oblationes redditus & prouentus dictorū bonoꝝ
& ecclesiarum recipiunt, quæ recepta expendi in uti,
litatibus eorundem deberent, & seruitoribus qui ser
uiunt in diuinis ministrari, diuidunt, rapiunt, & in
conuiuiis in quibus illius iudicium plus laudatur, q
plures inebriat potatores, & calices fecūdiores exhau
rit, & in eisdem monstruosa faciunt, quæ ꝑꝑ errore3
recitatione digna non existunt, expendūt, distrahūt,
& consumunt : et super loca consecrata & altaria, ubi
etiam appropinquare non debent, irreuerenter in con
temptum dei & sanctorum accumbunt, ministris di
uinoꝝ exclusis, qui debent diuinū officiu3 exercere,
ex quib⁹ diuin⁹ cultus minuit̄ & laudes subtrahūtur
Creatori : errores pullulāt, et infidelitas augumētat̄.
Vnde uolētes tātæ pesti et abusib⁹ in q̄tu3 de iure pos
sumus, obuiare. Considerātes q̄ tanta sunt grauiora
peccata q̄to diutius infelice3 anima3 detinēt alligata3,
ꝑ̄senti cōstitutione monemus omnes et singulos tam
mares q̄ fœminas, clericos et laycos cuiuscūq; ordinis
seu stat⁹ existant, nr̄æ iurisditioni subiectos, quacūq;
de causa ꝑ. i. ii. et. iii. peremptorio termino et edicto
eisdem et eoꝝ cuilib3 sub excōmunicationis pœna ni
hilominus iniungētes : ne de cætero prætextu dictaꝝ

abusionum seu alio quocunque quaesito colore pdicta uel aliquod praedictoru3 facere seu exercere directe uł indirecte, uel a rectoribus earu3 extorquere psumāt. Et si aliquis uel aliqui de iure uel de consuetudine praedicta uel aliquod praedictorum forte sibi compe- tere diceret: infra mensem nobis uel nostro Vicario fi dem faciant de bis plenam, a die publicationis psen tis constitutionis. Alioquin qui contrarium fecerint, dictam excommunicationis sententiam incurrant ip so facto: quam exnunc prout extunc in eos & queml3 ipsoru3 damus & proferimus in his scriptis: a qua no lumus ipsos uel ipsorum aliquem posse absolui, nisi primo ipsis ecclesiis locis & rectoribus super praedictis integre satisfaciant de iniuria dānis & quol3 interesse, & operae beatae Reparatae, p quol3 soluerint .x. libras f.p. Mandantes insuper omnibus & singulis ecclaru3 rectorib9 sub poena excommunicationis & etia3 quin quaginta librarum dictae monetae, ne praedicta seu aliqd praedictorum praedictis uel alicui ipsorum de caetero talia uti permictant, seu exhibere praesumant. Cassan tes & annullātes sicut de iure nulla sunt, omnes con tract9 pacta & cōuentiones contra pmissa uel aliquod pmissorum facta uel habita quo quo modo, ēt si fuerint iuramento uallata: a quo illicito iuramēto eos absol uim9, decernētes ad obseruationē pmissorum, uł alicui9 ipsorum paciscētes, cōtrahētes, & conueniētes aliquaten9 nō teneri. Et insup notificam9 dictis rectorib9 & eorum singulis q sup his annis singulis diligētē inqsitione3 fieri faciem9: & quos super pdictis uł aliquo pdictorum culpabiles inuenerim9, ab eisdē poena3 pcurabim9 exi

38

gere cum effectu. Ita in quos dei timor a malo non re
uocat super prædictis, temporalis saltem pœna coher
ceat in hac parte.

i Tē; iniungimus q̄ nullus noster subdit⁹ ciuita
tis & dioc̄ floreñ in eccl̄ia iaceat nisi ob reru; cu
diam: nec uegetes, archibanchas, uel scrineos, seu quæ
cunq; alia supellectilia seruet ibidē, nisi necessitate ur
gente: nec domus eccl̄iæ seu alterius pii loci cuiuscūq;
certo usui deputatas ad alium usum conuertant sine
nr̄a uel Vicarii nr̄i licentia speciali: ut eccl̄iæ & pia lo
ca pp sui munditia; & ornatus dei basilicæ nō dom⁹
laycæ uideant̄: & altaria desuper sint decēti cooptura
tecta & coopta. Contrafaciētes uero in libris .v. s. p.
p uice qual; & re cōdemnam⁹ nr̄æ cameræ applicādis.

i Tem nr̄a cōstitutione statuimus districtius sub
excōmunicationis pœna mādantes potestatib⁹,
capitaneis, prioribus, exequtorib⁹, atq; cæteris officiali
b⁹ ciuitat̄ & dioc̄ floreñ p̄sentibus, & q p tpe fuerint,
q̄ quotienscūq; corā eis ul' altero ipsoꝝ actū, ppositū
siue exceptū fuerit directe uel indirecte de usuris, seu
quacūq; causa re seu negocio speciale; indagine; expo
scētibus quoquo modo, illas absq; difficultate aliqua
ad nr̄um examen ul' nr̄i Vicarii seu nr̄æ curiæ: immo
infra tertiā die; post inhibitionē p nos ul' Vicariū nr̄ū
facta; remictere teneant̄: & se de illis nullatenus intro
mictere. Alioqn dictā excōis sententia; ipo fcō incur
rāt: a qua nullaten⁹ absoluāt̄ nisi nr̄æ curiæ, uel iniu
riā passis de p̄dictis satisfecerit cū effectu: nihilomin⁹
iuribus uacuātes qcq̄d in cōtrariū fuerit attēptatum.

i N Aliquibus locis nostræ iurisditioni subiectis
quædā abusio (sicut accepimus) inoleuit: qd̄ u;

layci ſpiritu irreuerentiæ ac indeuotionis impulſi / campanas ad denuntiationem illorum qui per nos uł noſtrum Vicarium excommunicati ſunt / denuntiari mandantur / pulſari prohibent: allegantes quandam excuſationis ſpeciem / quæ erroris potius eſt dicenda / ꝙ in partibus illis / ubi fit talis pulſatio campanaruꝫ ueniunt fulgura / grandines / & alluuiones aquarum / & aliæ peſtes / quorum ſuperſtitioſam & uanam imaginationem huiuſmodi plerunq̧ clerici qui tales laycos potius ad hoc deberēt retrahere / damnabiliter imitantur. Nos igitur tales inſolentias & temeritateꝫ huiuſmodi reprobandam cohibere uolētes / ac ſubditos noſtros in obedientia ſanctæ matris eccleſiæ conſeruare: Mandamus omnibus & ſingulis ſubditis noſtris cuiuſcūq̧ ſint præheminentiæ / conditionis / & ſtatus / eos monentes pro primo ſecundo tertio monitionis edicto & peremptorie / de cætero non prohibeant nec impediant quo quo modo pulſari campanas quando erunt aliqui per ſuperioruꝫ noſtrorum aut noſtras uł Vicarii noſtri litteras nuntiandi / ſed permittant illos quibus hoc committitur / libere campanam pulſare / & tales ſuſpitiones erroneas de cætero non ſectentur. Alioquin ſententiam excommunicationis / quam in eos in his ſcriptis ferimus / ipſo facto incurrant.

¶ Ne clerici uel monachi ſecularibus negociis ſe immiſceant.

a D hoc ut quiſq̧ in ea uocatione maneat / qua uocatus exiſtit / præſenti conſtitutione præcipim⁹ omnibus clericis in ſacris ordinibus cōſtitutis / & ma

39

xime sacerdotibus, ne officia notariæ in officiis pu blicis uel priuatis ciuitatum, castrorum, burgorum, uel uillaruȝ de cætero exercere præsumant. Alioquin si secus ab aliquo fuerit attemptatum, ipsum pro qualibet uice in libris. xxv. f. p. condemnamus nostræ Cameræ exsoluendis. Possint tamen hoc officiuȝ exercere pro pace, testamentis, matrimoniis, & locationibus, & aliis spiritualibus contractibus licitis & honestis.

¶ INCIPIT LIBER QVARTVS.

¶ De sponsalibus & matrimoniis.

P

RAESENTI NOSTRA CONSTI-tutione prohibemus & reprobamꝰ clandestina matrimonia, & ea uetamus in posteruꝫ contrahenda: Mandantes expresse omnibus & singulis ecclesiaꝝ rectoribus cuiuscūqꝫ dignitatis existant, nostræ iurisditioni, qđ ante consensuꝫ q matrimoniuꝫ perficit, ad requisitionem contrahere uolentium in eorum ecclesiis publicis proponant: Sic contrahere uolentium expressis nominibus & prænominibus, ꝙ siquis sciat aliquod impedimentum quod matrimoniuꝫ impediat, dicat & exprimat sub excommunicationis pœna. Alioquin a die propositionis huiusmodi in antea ipsuꝫ matrimonium contrahetur. Et mandamus etiam omnibus & singulis sub excommunicationis pœna clericis regularibus, secularibus laycis maribus & fœminis ꝙ matrimonia contracta siue contrahenda, qđ Deus auertat, in gradu prohibito adulteros publicos & concubinarios manifestos nobis uel nr̄o Vicario infra octo dierum spatium postq̄ sciuerint, nuntiare procurent, ut in prædictis nostri officii debitum (sicut congruuꝫ fuerit) ualeamus salubriter exercere. Alioquin contra talia negligentes procedamꝰ iustitia mediante, prout nobis uidebitur expedire. Et insuper prohibemus ne aliquis iurisditioni nostræ subiectus, in matrimonio separando aliquod impedimentum falso præsu-

40

mat obiicere. Alioquin contrafacientes in .x. libris f.p. conuertendis in opere beatæ Reparatæ eo ipso cō demnat⁹ existat. Nec per quemq̄ de peccato cōtracto ex tali falso obiectu absoluatur, nisi prius persolue rit in prædicto opere quantitatem prædictam.

De cognatione spirituali.

n On sine ratione & rationabili causa quibusdā illicitis, quæ quandoq; sub spe boni cōmictunt ex debito nostri officii inducimur obuiare. Et iccirco statuimus q nullus clericus beneficiatus uel in sacris existens ordinibus, cuiuscunq; status, ordinis, uel cō ditionis existat, nostræ iurisditioni subiectus, coma tres uel compatres sibi acquirat, nostra uel nostri Vi carii licentia non obtenta. Contrariū faciens in libris quinq;. f. p. nostræ cameræ persoluendis pro uice qua libet eo ipso condemnatus existat.

De secundis nuptiis.

p Rohibere cupientes sacerdotibus interdicta, & eorum animas lucrifacere Creatori, omnibus & singulis sacerdotibus nostræ iurisditioni subiectis, cuiuscunq; status existant: interdicimus & prohibe mus, ne coniugales al' benedictos cum iterata uice ma trimonialiter copulantur, rebenedicere iterato præsu mat. Alioquin pœna remanente Canonica, in decem libris persoluendis in opere beatæ Reparatæ eo ipso condemnatus existat.

ℭ INCIPIT LIBER QVINTVS.

ℭ De accusationibus / inquisitionibus / & de nuntiationibus.

d OLENTES REFERIMVS / QVOD nonnulli nostræ iurisditioni subiecti / transgressores euangelicæ ueritatis con/tra matrimonium institutuз a deo coraз seculari iudice curiæ floreñ / qui directe uel indirecte cognoscendi de talibus nullam habeant potestatem / contra illum seu illam qui matrimoniuз coram seculari iudice instat probare per testes / copiam probationuз angustare in tãto sacramẽto attemptantes / accusationes porrigere nõ formidant nõ sine præiudicio ecclesiasticæ libertatis : Præmissis igitᷣ obuiare uolentes / districtius prohibemus / ne quis de cætero talia attemptare p̃sumat / uel iudex secularis quicũq; postq̃ per nos uel nostram curiam de talibus mandatᷣ cognoscere uel procedere iuris præsumat aliqua ratione. Alioquin præsumptores & uiolatores sic iuste nostræ constitutionis excommunicationis sententia innodamus.

i Ndignum prorsus & ambiguum esse censetur / ut clerici ad iudiciuз seculare discurrant in accusationibus laycorum. Vnde prohibemus ꝙ nullus clericus uel persona ecclesiastica de crimine criminalᷣr quemcunq; accusare uel iudicare in curia seculari præsumat / nisi prius a nobis uel nostro Vicario licentia petita pariter & obtenta / & suam uel suarum eccle/

siarum

siarum iniuriam ciuiliter prosequatur/ protestatione semper præmissa / q ad uindictam sanguinis nõ intendit. Prohibentes etiam eisdem cuiuscunq; status aut conditionis existant: q in foro seculari alicui impetenti non respondeant: sed priuilegium debeant allegare. Et si contingeret qđ de nostra uel nostri Vicarii licentia in foro seculari testimoniũ haberet/perhibere in manu nostri Vicarii uł clerici a nobis uł nostro Vicario deputandi faciat iuramentum. Dummodo criminaliter non agatur: ubi nullo modo in foro seculari testimonium perhibeant aliquale. Si autem clericus aliquis clericum traxerit ad iudicium seculare/ uł alicui patrocinium præstiterit contra ecclesiaʒ / in qua præbendatus extiterit / pro uice qualibet & quolibet præmissorum eosdem & ipsorum quemlibʒ contrafacientem in. x. florenis auri nostræ Cameræ exsoluendis eo ipso condemnamus.

De hereticis.

a D exterminationeʒ prauitatis hereticæ intẽdentes/ex parte Dei omnipotentis & nostra Vniuersis & singulis clericis ciuitatis & dioc florentinæ / cuiuscunq; status/ ordinis / uel conditionis existãt/districte præcipimus & mandam9/ quatenus cura uigili sint intenti ne heretici aliqui uel non credentes in suis parrochiis commoretur/sed mox cuʒ sciuerint ex probabili causa de fide suspectos nobis uel nostro Vicario non differant intimare. Quos hereticos lʒ a iure excõmunicati existant: excommunicamus cuiuscũq; sint

ſpeciei uel ſectæ / & quocunq̃ nomine nuncupentur: Nec non credentes receptatores / ſectatores / & fauto res eorum: & quicunq̃ ſcienter elegerint eos ad aliqđ officium publicum ſeu conſilium ciuitatis uel cuiuſ cunq̃ communis / quos capi uolumus / & a quocunq̃ detineri poſſe: Præcipimus quouſq̃ ſuper hoc facin⁹ requiſiti. Siquis autem negligens inuentus fuerit / uł remiſſus / uel conſilium auxilium præſtiterit & fauo rez publice uel occulte ꝙ non capiatur / uel captus nõ detineatur hereticus / ſeu ꝙ non puniatur / uel ꝙ fu/ giat uel euadat / eo ipſo ſententiam excommunicatio nis incurrat: omniq̃ beneficio eccleſiaſtico ſeu feudo ac etiaz omni honore / cum in hoc manifeſte depreben ſus fuerit / perpetuo ſit priuatus.

c Vm ſecundum leges & Canones ac etiaz conſti/ tutiones ordinationes & mãdata perpetualia in fauorem fidei & exterminationem hereſuz poteſtates capitanei conſiliarii & rectores uel quiuis alii ad regi/ men cuiuſlibet ciuitatis & loci aſſumpti in publici cõ demnatione banno ciuitatis ſupponãt pro maleficio uniuerſos hereticos quocunq̃ nomine cenſeantur: & confirmare bannũ huiuſmodi a ſuis prædeceſſoribus poſitum teneantur: Et cupientes a fidei ortodoxe & ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ fulcimẽtum ſuper hoc in quantum poſſumus ad hereticorum exterminium noſtrum impartiri fauorẽ requirimus & rogamus Do minos / Poteſtatem / Capitaneum / Priores / & cæteros officiales floreñ qui nunc ſunt / & q pro tempore fue/ rint: atq̃ uolumus & mandamus ut infra menſem a ſui principii regiminis tempore computãdi / bannum

huiusmodi faciant publice &taliter se circa pellendos hereticos habeant sollicitos & attentos, ut dignæ laudis præconia a Sancta Romana ecclesia, & a nobis mereantur attolli: ac etiam premio & honore decorari. Addentes q si aliquis per peræsumptionem hereticæ prauitatis fuerit excommunicatus a nobis, & per annum in excommunicatione perstiterit exnunc uelut extunc hereticus condemnetur.

q Via perpetualium &imperialium statuta uulgaria clamant, paterinorum cuncta ædificia &eorum receptatorum defensorum atque fautorum, & maxime ubi heretici capti fuerint, uel manus imposuerint, uel consolamentu receperint, siue hereses docuerint: dari protinus in ruinam & prout perpetuæ nota infamiæ perpetua ruina testetur qd nullo tempore reparentur. Volentes ad zelum fidei, & reuerentiam sanctæ Ro. ecclesiæ, ac detestationem pestis hereticæ statuti huiusmodi debitum exhiberi fauorem, requirimus &rogamus Dominos, Potestatem, Capitaneum, & rectores ciuitatis nostræ, cuius diuina gratia pastor existimus, nec non uolumus & mandamus quatenus prædicta statuta totis uiribus absque cuiuslibet difficultatis obstaculo effectui studeant mancipare: presertim quorum domus huiusmodi de prædictis infamarentur excessibus: Et super hoc inquisitores seu inquisitor prauitatis hereticæ uel Episcopus eos duxerit requirendos: Præmissis addentes Potestati, Capitaneo, Prioribus, & aliis officialibus ciuitatis florentiæ mandamus prædictas tres constitutiones sub rubrica: De hereticis, & primam de summa Trinitate & fide catholica: supra

in constit' principio stat' communis florentiæ scribi faciant, & parlamento eorum legi & publicari. Clerici uero curati prædictaru; ciuitatis & dioq in octauis Natiuitatis Dñi & pascæ coadunato populo similiter legant & publicent: ita qđ nobis fidem faciant cu; fuerint requisiti. Alioquin præfatos nostro arbitrio relinquimus puniendos.

De his qui filios occiderunt.

i Tem præsentis scripti constitutione statuimus qđ nullus masculus uel fœmina nostræ iurisditioni subiecti, filium uel filiam uel alium puerũ siue puellã infra decem & octo menses constitut' dormiendo secum in lecto teneat, cum frequenter ex tali retentione infinita proueniant pericula animaru;. Alioqn cõtrarium facientes præter culpam qua; incurrerint mortalis peccati spiritual'r & temporal'r nostro arbitrio relinquimus puniendos.

De raptoribus.

r Apinis & prædis bonorum et iurium nostri Archiepiscopatus nonnulli cæca cupiditate seducti man9 improbas atq; sacrilegas extendũt: et hacten9 extenderunt in tantum qđ nisi talibus de oportuno remedio obuietur est de totali destructione ipsius nõ modicum præsumendu;. Et iccirco nos Cosmus Paccius Dei et apostolicæ sedis gratia eide; Archiepiscopatui præsidentes, et præmissis ex incumbenti nobis

officio obuiare uolentes / monemus & peremptorio monitionis edicto tam ecclesiasticas q̄ seculares personas omnes & singulas cuiuscunq; status seu conditionis existant / & quocunq; nomine censeantur districti⁹ prohibentes eisdẽ & cuilibʒ eorꝝ ne de cætero emptionis seu quocunq; alienationis titulo uel etiam ad affictum uł firmam ab alio q̄; a nobis uel nostras uices gerentibus accipere audeant / seu quouis alio modo capere inuadere uel detinere de terris possessionibus rebus bonis uel iuribus quibuscunq; ad Archiepiscopatum quo quo modo spectantibus supradictum: Et si iam acceperint uel detinuerint nisi infra. xv. dies post requisitionem nr̄o nomine eisdẽ factam / immediate sequentes sic accepta & detenta nobis & Archiepiscopatui nostro restituerint seu libere & plene dimiserint seu nobiscum in plena concordia fuerint de eisdem / tam ipsi q̄ eorum hæredes ab eisdem in perpetuum descẽdentes ipso facto omnibus honoribus ac iuribus / quos uel quæ in Archiepiscopatu prædicto dinoscerent̃ habere præter alias pœnas in sacrilegos huiusmodi a iure inflictas priuati prorsus existant / quos ex nũc p̄dictis honoribus ac iuribus priuamus / & priuatos decernimus & infames: & nihilominus eos ex nũc excõmunicationis uinculo innodamus. Monem⁹ insuper modo quo supra oẽs prælatos & clericos singularesq; personas ecclesiasticas nobis subiectas: Postq̄ de mandato nr̄o eisdẽ per nos uel Vicarium nr̄um inhibitũ fuerit de nõ conferendis huiusmodi pestilentib⁹ ecclesiasticis sacramẽtis ab eorũdẽ sacramẽtorꝝ collatione et ẽt sepulturæ admissione debeãt penitus abstinere.

Alioquin facientes contrarium incurrant excommu-
nicationis sententias ipso facto. Monemus insuper
omnes & singulas personas ecclesiasticas & seculares
cuiuscunque status & conditionis existant, pro primo
secũdo & tertio monitionis edicto et peremptorio de
bentes aliquid nobis uel Archiepiscopatui nostro in
pecunia uel rebus dare uel soluere, ut infra mensem
a die præsentis constitutionis computandũ illud no
bis dare et soluere cũ integritate procurent. Alioquin
excommunicationis sententiam a nobis expectent.

p Ium esse dinoscitur, ut gloriantibus in malitia
per nos taliter obsistatur, quod repressis eorum insul
tibus, uacantes diuino cultui in quiete spiritus libe-
rius possint in obseruantia mãdatorum Domini glo
riari. Ea propter decernimus ne nulla ecclesiastica se-
cularisque persona, ecclesiastica seu pia loca quæcunque
aut possessiones earum & iura scienter occupet uel in
uadat, seu occupanti uel inuadenti huiusmodi præ-
stent auxilium consilium uel fauorem. Quod si con-
tra hoc quisque attemptare præsumpserit, excommu-
nicatus incurrat: post cuius excommunicationis denun
tiationem si non restituerit, et fructus perceptos et q
percipi potuerunt, et huiusmodi occupatis uel inua
sis plene non restituerit, permittimus secularibus po
testatibus ut ad prædicta dimittẽda compellãt eundẽ,
et præter pœnam sanguinis rebelles puniant, prout
proteruitas exægerit delinquẽtis. Porro omnes & sin
gulos inquilinos, colonos, fictaiolos, & laboratores
monemus & peremptorie, ne huiusmodi occupatori
uel inuasori manifesto de fructibus redditibus & pro

uẽtibus ecclesiæ seu pii loci sic inuasi debeant respon/
dere. Alioquin sententiam excommunicationis in/
currant / a qua nullatenus absoluantur: donec eccle
siam seu pium locum huiusmodi quem leserunt ex
prouisione improuida conseruent indemnem. Præ/
missis addentes ne aliquis scienter publica instrumen
ta / liuellarios perpetuos / seu temporales redditus uel
possessiones & terras seu quælibꝫ alia iura ecclesiarum
uel locorum ueñ continentia in fraude furari occul/
tari / supprimere / negare / euertere / aut fortasse tradere
damnabili & obstinatꝰ punienda in præiudicium di/
ctarum ecclesiarnm uel locorum præsumat. Si auteꝫ
aliquis huiusmodi documẽta subtraxerit / & ea penes
se habet uel potest habere / infra. xv. dies proxime ec
clesiis ipsis restituant: Quicquid autem per absentiã
documentorum damni ecclesiis uł dictis locis illatuꝫ
fuerit de propriis facultatibus reddat. Et nihilominꝰ
faciens contra prædicta uel aliquod prædictorum eo
ipso sententiaꝫ excommunicationis incurrat / a nobis
etiam grauiter puniendus.

¶ De usuris.

i Vre non solum positiuo sed etiam diuino &
naturali usuras quæ animas deuorant / & facul
tates exauriunt / prohibitas esse dubium non existit:
quas prohibitiones quantum possumus exequi cu/
pientes / & subditorum nostrorum prouidere saluti
præsenti cõstitutione statuimus ꝓ primo secundo ter
tio ꝑemptorio termino & edicto monẽdo sub excõis

pœna districtius iniungētes in Potestatē, Capitaneū, Priores, Vexilliferum iustitiæ, officialesq; cæteros, nec non consiliarios seu alios quocunq; nomine cen/ seri possint ciuitatis & dioc florentinæ, & ad infrascri pta auxilium & consilium uerbo & facto impenden/ tes in ciuitates castra uillas collegia seu uniuersitatis sententiā interdictam, quatenus recipere non debeāt, nec tenere aliquos alienigenas seu forenses ad dicta loca aliunde uenientes usuras publicas exercentes, seu pecuniam fœnore mutuantes, immo de dictis locis tales infra unius mensis spatium expellant, & eiiciant omnino, nec domos seu loca eis ad pensionē locent tradant uendant, uel alio quocūq; colore siue titulo in eos transferant aliqua ratione & iam conces sas seu concessa reuocēt omni occasione remota, & cō tract9 super his habitos, ut de iure sunt nulli, ita nul los pronuntiamus, cuius mensis .x. dies pro primo x. pro secundo & reliquos .x. pro tertio termino & edicto Canonica monitione præmissa, eisdem potesta tibus & officialibus prioribus & uexillifero iustitiæ, officialibusq; cæteris & consiliariis & aliis, in his cul pabilibus damus & assignamus. Alioquin omnes & singulos contradictores uł culpabiles pœnam decretł Gregorii .x. in his scriptis uolum9 incurrere ipso fcō ciuitates castra loca uel uniuersitates pœnam eiusdē decretał incurrant ipso facto: & omnes contractus ha bitos cum talibus usurariis, & ipsos usurarios et in fraudem usurarum factos et extortos decernimus, et pronuntiamus irritos ipso iure: ita q ex eis agere et ex periri non possint: et præsentem constitutionem lo/

cum uendicare uolumus in præsentibus et pendenti-
bus præteritis et futuris.

i Tem statuimus q nullus Notarius testamento alicuius publici usurarii tam de ciuitate et dioc florentina q̄ aliunde nostræ iurisditioni subiecti, ad esse præsumat: nec suum testamentum aut ultimam uoluntatem quamcunq; conscribere, nisi usurarius huiusmodi de usuris primo et effectualiter satisffecerit, seu cauerit omnibus illis quibus tenetur secundum tenorem et constitutionem olim Dñi Gregorii papæ. x. Nec aliquis sacerdos religiosus uel secularis cuiuscunq; status ordinis uel conditionis existat nobis subiectus quacunq; de causa, quemq̄ usurarium manifestum seu hoc crimen conficientez admictat uł recipiat ad ecclesiasticam sepulturam seu ecclesiastica conferat sacramenta, nisi ut prædicitur satisffactione præmissa seu cautione, prout in sequentibus constitutionibus declaratur. Contrarium facientes ipo fcō sententiā excommunicationis incurrant: et nihilominus in. x. libris. f. p. operi sanctæ Reparatæ uice qualʒ condemnati existant pœnis iuris in sua durantibus firmitate: Prohibemus etiam omnibus et singulis incolis ciuitatis et diocesis florentinæ et aliis quibuscunq; in eis morantibus clericis uel laycis cuiuscunq; status uel conditionis existant, qđ usuras nullo modo ratione uel causa in domibus propriis uel alienis exerceant publice uel occulte, uel aliis domos locent uel concedant ad usuras exercendas. Alioquin præter pœnam a iure statutam eo ipso in libris. lxx. f. p. nostræ Cameræ persoluendis pro uice qualibet pœ-

nam incurrant. Et insuper mandamus omnibus nostris subditis religiosis clericis uel laycis cuiuscunq; status ordinis uel conditionis existant, qđ usurantes quoscunq; seu domos locātes in dictis ciuitate & diocesi in suis parrochiis nobis uel nostro Vicario sub excōmunicationis pœna a die notitiæ debeant nuntiare, ut de illis ordinarie possimus prout nobis uidebitur expedire.

q Via nonnulli sacerdotes iuris ignari cautionem ab usurariis exigere prætermittūt iuxta formaʒ generalis concilii lugduneñ: & plerumq; ob hoc debita cessat restitutio usurarum & illicite subtractoruʒ inhibemus omnibus clericis & religiosis ne sine licentia nostra uel Vicarii nostri cautiones aliquas super usuris & male ablatis restituendis recipiant ab usurariis manifestis, nisi mora in petendo dictam licentiaʒ quando in ægritudine fieri contingit, uisibiliter sit periculum illatura, in quo quidem casu districte sub excommunicationis pœna & etiam alia quæ nobis uidebitur infligenda eisdem ecclesiis & religiosis nobis subiectis, præcipimus & mandamus ut cautionem ipsam recipiant iuxta tenorem & formam infra per ordinem annotatum: De qua cautione recepta dicti clerici & religiosi de ciuitate Florentiæ infra octo dies & illi de diocesi infra .xv. dies immediate computādos a die cautionis receptæ in ultima uoluntate, uel alˀ fidem nobis uel nostro Vicario saltem oretenus facere teneantur: exprimendo nomen & cognomen usurarii ac etiam notarii qui de hoc fecerit publicum instrumentum: Præsenti etiam constitutione firmamus, ut

quotienscunq; a manifestis usurariis quisq̃ Notarius cautionem de restituendis usuris uel male ablatis receperit uel scripserit in infirmitate uel sanitate nobis uel nostro Vicario ante obitu; talis usurarii exhibeat talem cautionem si commode potest. Alioquin post obitum eius infra mensem formam dictæ cautionis ostendat. Volumus quidem eam uidere utrum legiptime sit recepta / eamq; ñostris actitatis registrari. Siquis autem Notarius in ostensione dictæ cautionis de cætero malitiam uel notabilem negligentiam habuerit / nec infra dictum tempus nobis uel nostro Vicario ostenderit in eum Canonica monitione præmissa / exnunc in his scriptis excommunicationis sententiam promulgamus: Ne autem Notarius aliquam possit de ignorantia excusatione; prætendere uel obiicere: præcipimus ecclesiarum rectoribus ut post cautionem per eos receptam eosdem sollicitent / ut ipsa; cautionem nobis uel Vicario nostro intimare procurent / cuius cautionis forma uel tenor talis est u;.

¶ FORMA Cautionis præstandæ a quocunq; usurario pœnitente.

i N CHRISTI Nomine amen. Anno &c. Petrus filius Martini de tali loco sanus mente & sensu / licet corpore languens / uolens saluti suæ animæ ꝓuidere / constitutus in ꝑsentia talis cõfessoris sui ex certa sciẽtia & non per errore; fuit confessus / & asseruit & recognouit se esse & fuisse a tot annis citra

publicum & manifestum usurarium: & qđ de usuris incertis extorserat & habuerat usq; in quantitatez.C. librarum & al' per usurariam prauitatem extorserat: & habuerat a personis in libris rationum suarum con tentis usq; in quantitatem libraruz mille.f.p.de usu ris certis/quarum restitutio non est facta: Quam quidem usurarum incertarum quantitatem promi/ctens per se suosq; hæredes dicto tali confessori suo re cipienti &stipulanti uice & nomine uenerabilis patris Domini COSMI DE Pacciis Dei & Apostolicæ sedis gratia Archiepiscopi florentini patris pauperum/& di spensatoris bonorum eorum/& uice & nomine pau perum IESV CHRISTI/& omnium quorum interest uel intererit dare &soluere ipsi Domino Archiepisco po uel eius officiali quandocũq; ipse uel eius hæredes super hoc fuerint requisiti distribuendo per ipsum Dñum Archiepiscopuz hunc ul' aliũ pro eo inter pau peres IESV CHRISTI dictam summam usurarum certarum/&omnes alias & singulas quantitates quæ etiam ultra dictam summam mille librarum per scri ptam dictorum librorum/seu aliæ probatæ fuerint/& quæ ipsi Dño Archiepiscopo uel eius Vicario idoneæ uidebunt/&recipient ad ipsuz per usurariam prauita tem ul' aliuz moduz illicitũ peruenisse promisit dicto tali recipiẽti & stipulanti nomine quo supra dare sol/uere satisfacere & restituere omnibus & singulis de ip sis recipere debentib9/ad omne ipsius Dñi Archipi & eius Vicarii beneplacitum & mandatũ sine strepitu & figura iudicii/cum scriptura ul' sine scriptura dieb9 fe riatis & non feriatis citatis partibus &non citatis iuris

47

ordine seruato et non seruato / nulloq; prætermisso obstante: Et de prædictis restitutionibus et solutionibus faciendis / et etiam de quantitate et tempore pecuniæ mutuatæ / ubi quantitas temporis et usuræ in dictis libris uel scripturis aliis publicis uel priuatis / inde confectis non esset expressa stare / et parere uoluntati et mandato / declarationi / taxationi / perscriptioni / interpetrationi / pronuntiationi dicti Dñi Archiepiscopi et sui Vicarii placuerit / et expedire uidebitur ꝓ exoneratione animæ dicti talis. Dans et cōcedens ide; Petrus licentiam dicto tali recipienti (ut dictum est) mittendi nuntiũ idoneũ cum litteris Reuerendissimi Dñi Archiepiscopi florentini uel sui Vicarii expensis dicti Petri et suoru; hæredum ad partes et loca ubi dictæ usuræ extortæ sunt / ad denuntiandũ publice qđ quicunq; aliquas usuras dedit / uel aliquid ultra sortē dicto Petro uel alicui pro eo ueniant legiptime ad certum terminum assignandum coram dicto Domino Archiepiscopo uel eius Vicario satisfactionem de ipsis usuris plenariam recepturi. Item absoluit dictus Petrus oēs suos debitores ab omni uinculo usuraru; et ab omnibus sibi debitis ultra sortem. Promictens per se et suos hæredes ab ipsis debitoribus aliquid nõ petere ultra sortem. Et contra prædicta uel eoꝝ aliqđ nullam iuris uel facti exceptionem opponere / & per pactum in prædictis uel eorum aliquo non appellare / nec aliquid facere uel operari / propter quod præmissa uel eorum aliquod tolli ualeant quomodolibet uel infringi sub pœna & ad pœnam mille florenorũ auri in singulis capitulis huius contractus solemni stipu /

latione præmissa & refectione damnorum omnium & expensarum, ac interesse litis & extra: Et pœna soluta uel non prædicta omnia, nihilominus firma perdurent. Pro quibus omnibus & singulis obseruandis idem Petrus obligauit dicto tali (ut dictum est) se, suosq; hæredes, & bona omnia mobilia & immobilia, præsentia & futura: quæ se pro eo & omnibus eis, quorum interest, constituit precario possidere: Dans & concedens eisdem (ut dictum est) recipień & stipulań plenam licentiam & liberam potestatem, si præmissa omnia & singula non seruarentur: uel contra ea seu eorum aliquod ueniretur dicta bona obligata, accipiendi apprehendendi per se uel alios authoritate propria & apprehensa retinendi distrahendi alienandi uendendi & in solutum dandi, prout dicto Domino Archiepiscopo uł eius Vicario ꝑ restitutione & exequtione prædictorum uidebitur expedire: donec prædicta restitutio debitum sortiatur effectum. Insuper ut prædicta restitutio debito effectui mancipeṙ exnunc omnes libros suos prædictos dicto tali ut supra recipienti concessit & dedit: & ipsos & quoscunq; alios ipsius. P. libros ubicunq; sint uoluit ad ipsum Dominum Archiepiscopum & eius curiam peruenire: & penes dictam curiā permanere. Insuper autẽ dicti. P. precibus et mādatis talis filius talis de tali loco ꝑ prædictis omnibus & singulis obseruandis extitit fideiussor, & promisit & conuenit stipulatꝰ solemni dicto tali recipienti (ut supra dictum est) se facturum et curaturũ omni exceptione iuris et facti remota, ita et taliter qđ dictus. P. prædicta omnia et singula promis

sa superius faciet et obseruabit. Alioquin ipse fideius sor ea faciet et obseruabit de suo proprio sub pœna si mili, quæ supra promissa est: et obligat suorum bo norum. Renuntians dictus Petrus in prædictis exce ptioni nõ factæ dictæ cõfessionis recognitionis et pro missionis et obligationis: et dict9 fideiussor exceptio ni de duobus reis debendis: et tam idem principalis q̃ dictus fideiussor exceptioni non celebrati præsentis contractus & non solemniter celebrati, omniq3 iu re et exceptione generali et speciali et legũ Canonum et constitut auxil competenti et competitur et p pa ctum omni appellato remedio. Quibus principali et fideiussori præcipi per guarant & c.

u T supræmæ uoluntatis liber sit stilus, monem9 omnes & singulos florentinæ ciuitatis & dioc & præsenti constitutione firmamus, ut quotienscunq3 pro usuris uel male ablatis restituendis aut helemosi nis faciẽdis in testamentis ultimis uolũtatibus aliisq3 dispositionibus relictum aliquid fuerit, Notarius il le qui de hoc fecerit instrumentum, infra mensem hu iusmodi testamenti seriem nobis uel nostro Vicario sub pœna excommunicationis ostendat, cum inten damus defuncti uota penit9 adimpleri: & uidere utrũ instrumentũ celebratũ sit secundũ ordinem rationis.

c Vm ta3 iure diuino q̃ naturali cernamus ad unũ singula respondere: Miramur non modicum quosdam sic de sua præsumptione confidere, qđ pa trem spiritualem Archiepiscopum super restitutio ne usurarum & male ablatorum incertorum ad ipsi9 dispositione3 piis locis & pauperibus erogandorũ per

man9 suas tractandorum improuide paruipēdunt : Monemus insuper omnes & singulos laycos florentinæ ciuitatis & dioc. ut prædictas usuras & male ablata undecunque ad eos peruenerint sine nostra licentia & consensu a. xl. solidis supra restituere siue distribuere nō præsumāt. Nos enim in omnes & singulos qui cōtra fecerint, exnunc excommunicationis sententiam promulgamus : Quia uero contingit frequenter, quod qdam ad restituendum prædictas usuras & male ablata incerta debitores se esse cognoscunt certam pecuniarum q̄titatem, uel indeterminate omnia bona quæ possident q̄doque religiosorum, q̄doque clericorum seculariū, q̄doque laycorum potestati supponunt, ut ipsam pecuniam siue bona pro animabus ipsorum & eorum a quibus indebite fuerint extorta, pauperibus & piis locis distribuant sicut eis uidebitur conuenire. Nos prædictos religiosos clericos seculares & laycos cuiuscunque conditionis existāt nostræ iurisditioni subiectos, quacūque de causa monemus, & præsenti constitutione eis sub execommunicationis pœna mandamus ut si ad prædictam pecuniam hactenus deputati fuerint uel deputabuntur in posterum, ipsam pecuniarum quantitatem siue bona ultra dictam summam. xl. solidorum sine nostra expressa licentia distribuere non præsumant. Hanc autem constitutionem & excommunicationem ad notarios qui de prædictis instrumenta confecerint extendi uolumus : ut in prædictam excommunicationis sententiam inuoluantur, nisi infra mensem a contractus initi t p̄e numerādo instrumentorum tenorem nobis curauerint exhibere : dummodo malitiam uel

notabilem

notabilem negligentiam habuerint in prædictis : Per mittimus tamen prælatis & ecclesiarum rectoribus & curam animarum habentibus / ut de usuris & male ablatis incertis possint expendere usq; in quantitatem solidorum . C . de qualibet summa sicut eis uidebitur conuenire . Dum tamen illa summa fuerit prius nobis uel Vicario nostro insinuata per eos / & summam xxv . librarum . f . p . non excesserit .

c Vm usurarii manifesti ecclesiastica; si in hoc peccato decesserint / recipere non debeant sepulturam : Volumus & mandamus q nullus in ciuitate florentiæ recipiat uel recipi procuret seu det operam consilium uel auxilium / q aliquis usurarius manifestus recipiatur ad ecclesiasticam sepulturam / qui secundũ formam nostræ constitutionis de usuris restituendis non satisfecerit nec præstiterit cautionem : Et nisi primo nobis uł nostro Vicario facta fuerit fides plenaria de prædicta satisfactione uel promissione ut antea uideatur utrum sit legiptime celebrata . Contrariũ præsumentes ipso facto sententiam excommunicationis incurrant .

¶ De crimine falsi .

o Mne uitium falsitatis probibere cupientes : statuimus atq; mandamus q nullus noster subditus cuiuscunq; status uel conditionis existat / instrumentum aliquod publicum falsum faciat / aut fieri consentiat / uel scienter eo uti aliquo modo præsumat / nec falsos testes in quocunq; negocio uel causa / seu probationes falsas quascũq; inducat / seu illis uta /

tur/aut aliquas litteras falsas alicuius prælati de ali/quibus iuribus acquirendis uel defendendis in præiudicium alicuius siue de aliquibus indulgentiis impetrandis fabricare uel fabricari facere aut eis sciēter uti præsumat. Nos enim contra prædictos falsarios instrumentoruꝫ & litterarum & eis utentes & testes seu probationes huiusmodi inducentes & illis utentes in his scriptis excommunicationis sententiam promulgamus: a qua nullatenus absoluantur/nisi prius præstita sufficienti emenda personis seu rebus uł locis expræssis uł aliquo præmissorum damnificatis quo quo modo contra huiusmodi sceleratos acrius processuri cum in talibus fuerint deprehensi. Insuper alienas sigillatas litteras aperiri sub pœna excommunicationis prohibemus: Aliis pœnis in constitutione nostra loquenti de præsenti materia in suo robore duraturis:

De sacrilegiis ał's sortilegiis.

s Icut experiētia docuit per sacrilegia maleficioꝝ christianæ fidei sinceritas perturbatur frequenter. Nos cupientes talibus obuiare præsenti constitutione duximus statuendum ꝙ nullus clericus religiosus uel secularis cuiuscunqꝫ status uł conditionis existat: nec laycus uel mulier nostræ iurisditioni subiecti/quacunqꝫ de causa in ciuitate uel dioc̄ florentina maleficia ueneficia siue incantationes pro maleficiis uel sortilegia seu diuinationes a iure prohibitas uel breuia pro maleficiis facere attemptēt/uel fieri procu

rent, nec credant, nec adhæreant talia facientibus ali qua ratione, nec medicinas seu potationes quascunq; in quacunq; forma seu specie conficere seu tradere ali cui mulieri prægnanti uel iam conceptum & uiuifica tum faciat abortum: Nec ad hoc doctrinam consiliu; auxilium uel fauorem præstare. Contrarium uero fa cientes eo ipso pœnam excommunicationis incur, rant, a qua absolui non possint, nisi quinq; libras f. p. operi beatæ Reparatæ primo persoluerint. Con scios autem prædictorum præsenti constitutione mo nemus ut infra mensem a notitia prædictorum nomi na & cognomina talium ad notitiam nostram uel no stri Vicarii perducere studeant sub pœna excommuni cationis. Omnes autem tales monemus ut ueniant ad iurandum talia maleficia ueneficia diuinationes et sortilegia & alia supradicta. Alioquin sciant miseri, cordiam præclusam, non autem iustitiam sine rigo, re.

¶ De collusione detegenda.

p Ræsenti salubri constitutione reuocamus, cas samus, & irritamus, & remotas cassas & irritas nuntiamus uniuersas collusiones supra quibuscunq; contractibus, permissionibus, renuntiationibus, & aliis obligationibus super bonis, uel rebus eccle, siasticis in spiritualibus, uel temporalibus olim fa, ctas a quibuscunq; personis, collegiis, capitulis uel conuentibus: prohibentes omnibus & singulis no, stris quacunq; de causa, q̄d collusiones huiusmodi

de cætero nullatenus attemptent. Qđ si contra hoc uenerint, si personæ fuerint singulares excommunicationis, si collegium capitulũ uel conuentus suspensionis sententias incurrant ipso facto: Et nihilominus a nobis uel nostro Vicario pro modo culpæ grauiter puniantur.

¶ De Maledicis.

c Vʒ nemo linguã habere debeat prurientem: statuimus ꝙ nullus clericus uł laycus cuiuscunqꝫ conditionis existat nostræ iurisditioni subiectus, quacunqꝫ de causa contra Deum uel aliquem sanctorum suorum, & maxime beatam uirginem, linguaʒ in blasfemiam publice relaxare præsumat. Contrarium facientes & ipsorum quemlibet in libris centum. f. p. operi sanctæ Reparatæ condemnamus. Probibemus etiam omnibus religiosis & clericis nobis subiectis, quacunqꝫ de causa ꝙ per euangelia, corpus & sanguinem & alia membra CHRISTI & beate Mariæ uirginis matris eius iurare præsumat. Contrarium facientes & ipsorum quemlibet. xl. solidis dictæ monetæ eidem operi condemnamus, nisi in casibus a iure permissis.

¶ De clerico percussore.

q Via clericos non percussores esse oportet, sed illum sequi qui dorsum præbuit ad flagella: statuimus ꝙ siquis clericus uel ecclesiastica persona nobis subiecta, quacunqꝫ de causa irato animo cũ aliquo genere armoruʒ absqꝫ sanguinis effusione aliqueʒ per-

cusserit arbitrio nostro uel nostri Vicarii considerata conditione offendentis & offensæ & qualitate delicti prout qualitas exægerit puniatur. Caueant insuper ne corrixationibus se immisceant laycorum, simili puniendi arbitrio qui contrarium præsumpserint at/temptare.

¶ DE Excessibus prælatorum & subditorum.

q Via maiora sunt ad Archiepiscopum referenda, præsenti constitutione prohibemus omnibus prælatis secularibus & religiosis nobis subiectis, quacunq; de causa ne contra aliquem suum subditum delinquentem ad priuationez beneficii ecclesiastici quoquo modo procedere attemptēt: sed super hoc ad nostrum iudicium recurratur: Decernentes processus a talibus factos nullius prorsus esse momenti: Et nihilominus contrarium facientes prout nobis uisum fuerit puniantur, nisi aliud obtinuerint de præscripta consuetudine uel priuilegio speciali: Huic constitutioni addentes q nullus quæstuarius in aliqua ecclesiarum ciuitatis & dioc florentiñ ad prædicandum & quæstum quærendum admictatur nisi cum litteris nostro sigillo munitis. Siquis autem sine litteris prædictis prædicare uel quæstum quærere inueniatur, tam diu detineatur quousq; nostris auribus intimetur. Qui contrarium fecerit nostro arbitrio puniatur.

i

Tem clericorum quoniam nulli est nocere, om
nibus autem uelle prodesse iuxta sacrorum sta,
tutis Canonum: Iccirco statuimus q nullus clericus
nobis subiectus, quacunq de causa in fraudem seu de
trimentum & iacturam alicuius layci, uel alterius cō
munitatis seu uniuersitatis posse aut rem aliquaʒ spe,
ctantem ad aliquem laycum, seu de qua deberentur
collecte alicui cōmunitati iure municipali seu aliquo
alio iure fictitie in fraudeʒ collectuꝶ ꝑ aliquo emere,
uel titulo donationis, seu quouis alio titulo recipere
ius in eis præsumat uel pro se. Qđ si fecerit, & fraus
legiptime probata fuerit, emptio non teneat: & tales
omnes in solidis. C. f. p. nostræ Cameræ applicandis
pro uice qualibet puniantur.

i

Nsuper præsenti constitutione sancimus q nul
lus clericus religiosus uel secularis nostræ iuris
ditioni subiectus, quacunq de causa publice uel oc,
culte tractet uel procuret directe inuasionem uel pro
ditionem ciuitatis Florentiæ, seu diminutionem sta,
tus pacifici ipsius uel alterius cuiuscunq ciuitatis ca,
stri uel loci existētis in obedientia sanctæ matris eccle
siæ. Alioquin contrarium facientes beneficio quod
obtinent priuamus eo ipso: Et nihilominus in floreñ
auri. L. nostræ Cameræ persoluendis sententialiter
condemnamus, & plus & minus arbitrio nostro uł no
stri Vicarii considerata qualitate delicti prout nobis
uisum fuerit puniantur. Si uero aliquis de prædi,
ctis tractatum aliqueʒ sciuerit super præmissis, nobis
uel nostro Vicario studeat q̄cito poterit omni fraude

remota, ut illi possimus occurrere, fideliter reuelare. Alioquin præter pœnas prædictas eos nostro & nostri Vicarii arbitrio relinquimus grauiter puniendos.

De pœnis.

u T ecclesiæ & habitacula clericorum orationum domus appareant non autem receptacula male factorum: statuimus & mandamus quatenus nullus prælatus religiosus uel secularis seu rector alicuius ecclesiæ siue alterius cuiuscunq; pii loci nostræ iurisdictioni subiecti, quacunq; de causa in domibus ecclesiasticis uel propriis receptare debeant sua spontanea uoluntate bannitos seu rebelles communis florẽtiæ, malandrinos, malefactores, derobactores publicos, seu exploratores uenientes de partibus inimicorũ ad ciuitatem uel districtum Florentiæ. Qđ si a quoq̃ fuerit contra præsumptum in florenis auri decem nostræ Cameræ persoluendis ipso facto condemnati existant, & plus & minus personæ & temporis qualitate pensata per nos uel nostrum Vicarium puniantur.

u Bi maius imminet periculum ibi est fortius remedium opponendum, scriptura testante, ꝙ inter cætera uitia illud est potissime detestandũ, ꝓpter quod ira Dei in filios diffidentiæ descendit, & ex cuius contagione omnis regio, in qua committitur, diffamatur. Præsenti igitur constitutione monemus, & peremptorie omnes personas cuiuscunq; status, ordinis, uel preheminentiæ fuerint, ut ab

omni uitio sogdomitico prorsus debeant abstinere. Contrarium uero facientes præter pœnas a iure statutas perpetuo carceri mancipentur. Confessores autem ad quos tales delinquentes ad confessionem peruenerint, eos absoluere non debeant sine nostra uel Vicarii nri licentia speciali: Et tunc nos uel nostrum Vicarium nominibus taliuz non expressis consulerit de pœnitentia imponenda.

c Vm nonnunq̃ temporalis infirmitas proueniat ex peccato: statuimus & ordinamus q̄ quicūq; masculus uel fœmina nostræ iurisditioni subiectus, quacunq; de causa aliqua infirmitate corporea contigerit aggrauari, primo & ante omnia fide posita in domino IESV CHRISTO qui potens est sanare langores, spiritualem animæ medicum qui possit soluere uel ligare .s. proprium sacerdotem conuocet: & sibi sua integraliter & omnia confiteatur peccata. Prohibētes sub excommunicationis pœna medicis corporū uniuersis q̄ ad infirmum post secundam uicem nullatenus accedant, nisi prius (ut prædicit̃) infirmus de suis omnibus fuerit confessus peccatis: & de hoc fidē habeant a proprio sacerdote. Qđ si quisq̃ medicoruz cōtra hoc uenire præsumpserit a peccato, qđ ex inobedientia huiusmodi incurrit absolui non possit, nisi a nobis ul' Vicario nostro excepto q̃ in mortis articulo. Si infirmus masculus ul' fœmina sic decesserit confessione & absolutione ut præmictitur, non habitis, & etiam non condito testamento ad quod condendum omnes rectores ecclesiarum, omnes masculos & fœminas inducant sollicite & fideliter: & nisi in con-

53

dendo testamento causa rationabilis eos excuset: Si prædicta non seruauerint eos priuamus ecclesiastica sepultura: & rectores ecclesiarum nostro relinquimus arbitrio puniendos, nisi ipsos infirmos casu decedere contigerit, & diem claudere extremum, uel alr͂ ꝓpter qđ non possint confiteri uel testari, & in his iuris forma seruetur. Præsentem autem constitutionem nostram rectores ecclesiaruꝫ conuocato populo singulis sex mēsibus debeant publicare, ne prætextu ignorantiæ quisq̄ se ualeat excusare.

¶ Nota casus reseruatos.

a Nimarum saluti subiectorum nostrorum q̄tuꝫ cuꝫ Deo possumus ex incumbenti nobis officio prospicere cupientes, præsenti nostra cōstitutione statuimus ꝙ omnes qui audiunt confessiones in ciuitate & dioc. florentina (nisi necessitas aliud suaserit) in loco patenti ita ꝙ ab aliis uideri possint sed non audiri: & confitentis contritionem & dispositioneꝫ non confabulando cum confitente, sed ad satisfactionem potius inducendo diligenter aduertant, & considerata peccatoꝝ circunstantia, peccati pœnitentiaꝫ iniungāt, remictendo ad nos ul' deputando a nobis grauiora crimina punienda, quæ nobis uel nr̄o Vicario specialiter reseruamus: quæ inter cætera sunt ista. Homicidia: Sacrilegia ualorē. xii. solidoꝝ excedentia: Dispēsatio male ablatoꝝ incertoꝝ uel certoꝝ, quando nō existāt hi quibus faciēda est restitutio: Pœnitentiā matrimonioruꝫ clandestine contractoꝝ: Sortilegia de corpore

CHRISTI, siue de crismate uel oleo sancto, quæ-
cunque alia sortilegia, incantationes, seu indiuinatio-
nes illicitæ quomodocunque, uel de quibuscunque reb9
fiant: Falsa testimonia uel falsorum instrumentorum:
Peccata contra naturam: Defloratio uirginum: Ince-
stus qui committitur cum consanguineis uel religio-
sis uel coheuntes cum brutis: Symonia: Incendia:
Iniectio manuum in patrem, matrem, in clericos, uel
alios religiosos: Vota fracta & ipsorum commuta-
tiones: Heresis: Et illa quorum pueri sine baptismo
decesserint: Aut per negligentiam uel casum paren-
tum infra annos quinque perierunt: Et quilibet excom
municatus maiori excommunicatione: Falsarii &
periurii: Et qui blasfemant Deum & sanctos & om-
nium publicorum enormium criminum, omnibus aliis
casibus in nostris constitutionib9 reseruatis in suo ro
bore duraturis: Et quod nullus confessionem audiens mu
lierem in uisu respiciat confitentem. Contrarium fa
cientes nostro uel nostri Vicarii arbitrio puniantur:
Et ut confessores de mortalibus peccatis aliquam pos
sint habere doctrinam: præsenti constitutione quæ-
dam de his duximus exprimenda: Heresis uel error
in fide CHRISTI, Superbia, Vanagloria, Ipocrisis,
Odium, Inimicitia, Inuidia, Periurium, Falsum te
stimonium, Detractio, Mendacium, in quo damni-
ficatur proximus in pecunia uel persona, Infamatio
proximi de mortali, Defloratio uirginum, Fornicatio,
Adulterium, Incest9 hoc est concubitus fœminarum religio
sarum uel consanguinearum, Omnis effusio seminis libidi
nosa uigilando uel uolendo habita, quæ per matrimo

54

niuȝ non excusatur, Ebrietas, Crapula si assidua sit: Frequentatio tabernarũ: Ludus prohibitus taxillorꝝ & alearum: Homicidium contra præcepta Dei: Mutilatio membrorum: Violenta manuum & pedum iniectio in proximum: Incendium: Furtum: Rapina: Deprædatio: Sacrilegium: Vsura & omnis falsa exactio consistens in numero pondere & mensura: Carius uendere propter terminum maiorem uel breuiorem: Falsum pondus: Falsa mensura: Falsuȝ iudicium: Falsa aduocatio: Facere opera prohibita in solemnitatibus: Detentio decimarũ: Simonia: Subtractio in altaris & aliis prouentibus ecclesiasticis: Et omnis inobedientia diuinorum mandatoruȝ: Et qui soluere contemnunt legata uel iudicia facta ab eis, quibus inuictum est. Super quibus omnibus & singulis sacerdotes & rectores ecclesiaruȝ moneant & instruant populum ut debeant confiteri, non tantum semel in anno, sed quotiens instigante humani generis inimico, incidunt in peccatis. Qđ si non fecerint, sciant in die iudicii rationem se strictiori examine reddituros. Caueant enim sollicite confessiones audientes ne uerbo, signo, nutu, uel alio iudicio cõfessionem audeant indiscrete reuelare. Alioquin præter pœnam Canonicam quaȝ incurrunt nostro ul' nostri Vicarii arbitrio puniantur.

¶ De sententia excommunicationis.

m Agnæ præsumptionis (prout audiuimus) existunt aliqui nobis subiecti, qui manus exten-

dere non uerentur ad ea quæ solum ad nostrum offi-
cium pertinere noscuntur, alios decipientes & se peri-
culis maxime inuoluentes. Nos igitur cupientes ta-
libus obuiare, inhibemus omnibus & singulis, ne
quenq̃ excommunicatum a iure in casu quo nobis sit
absolutio reseruata, uel alium a nobis uel nostro Vi
cario seu per constitutiones nostras excommunicare,
ligare, absoluere scienter quoquo modo præsumant
cum absoluendi non habeant facultatem. Denun-
tiantes tales absolutiones scienter obtentas penitus
non tenere, & absoluentes pœna Canonica punian-
tur.

s Tatuimus etiam & ordinamus q̄ nulla persona
collegium uel uniuersitas cuiuscunq; status or
dinis uel conditionis existat, de cætero quomolib; au
deat uel præsumat per se uel alium directe uel indire
cte trahere aut conuenire uel citari facere aliquem cle
ricum uel personam ecclesiasticam qui uel quæ gau-
deat aut gaudere possit & debeat priuilegio clericali
seu immunitate ecclesiastica, seu etiam laycum uel se
cularem quemcunq; super re uł causa quæ ad nostruz
forum & iudicium pertinet, seu al's in nostra curia
uentiletur, & tanq̃ præiudicialis impedire habeat pro
cessum iudicis secularis ad aliquem forum uel iudi-
cium seculare. Contrarium uero quomodolibet præ
sumentes, si personæ fuerint singulares excommu-
nicationis, collegia uero & uniuersitates interdicti sen
tentias ipso facto incurrant: Et nihilominus rez & cau
sam ipsam super qua tales clerici seu personæ eccle-
siasticæ uel seculares, seu layci tracti uel conuenti

55

aut citati fuerint eo ipso perdant. A quibus excõmunicationis & interdicti sentẽtiis nullatenus absoluantur, nisi prius iniuriam passo satisfecerint competenter, & operi maioris ecclesiæ florentinæ libras centum f.p. persoluerint.

i Te3 præsenti constitutione excommunicamus, maledicimus, & anathematizamus uniuersos & singulos rectores & officiales præsidentes, nec non etiam singulares quoscunq3 cuiuscũq3 status ordinis uel conditionis existant, & quocunq3 nomine nuncupentur, qui aliqua statuta, ordinationes, aut reformationes, seu prouisiones editas uel edendas: quæ quouis modo sint uel uergant directe uel indirecte contra ecclesiasticam iurisditionem uel libertate3 seu iurisditionem uel officium nostrum & curiæ nostræ, aut per quæ nostra uel nostræ curiæ uel alia ecclesiastica iurisditio officiu3 authoritas exequtio aut libertas posset quomodolibet impediri uel retardari allegare uti producere aut secundu3 ea in aliquo procedere uł iudicare, seu qđ procedatur uel iudicetur petere uel peti facere, aut eos qui sic non processrint uel iudicauerint punire, uel sindicare præsumpserint, aut in his dederint auxilium consilium uel fauorem, a qua nullatenus absoluantur, nisi prius iniuriam passis satisfecerint, & Cameræ Apostolicæ sedis: quam sede3 apostolicã propterea non est dubiu3 eos ledere. C. floreñ auri persoluerint. Ad quam pœnam & satisfactione3 huiusmodi delinquentes decernimus eo ipso perpetuo obligatos: omnia quoq3 iuramenta & pœnas quæ super obseruatione talium statutorum ordinamen-

torum reformationum & prouisionum præstari uel
fieri nunc hactenus uel in posterum contingeret tanq̃
temeraria , & iniquas cassamus & irritamus & decer,
nimus aliquem ad eorum obseruantiam aliquatenus
non teneri : Et quicquid contrarium factum fuerit,
aut fieret irritum etiam decernimus & inane ; Et
contrarium facientes per se uel alium , seu fieri facien
tes ipso facto a iure suo cadant , & eo si quod habe,
rent sint & intelligantur esse priuati , & eos ipso iure
priuamus.

i Tem attendentes qđ multotiēs in causis maxi
me usurariis & præiudicialibus quando in no,
stra curia uentilantur per Vicarium seu officialem no
strum inhibitiones plerumq; fiunt , ne lite huiusmo
di pendente aliquid attemptetur. Et in contrarium
facientes pœna excõmunicationis & ammissionis cau
sæ ipso facto apponitur : Ne huiusmodi inhibitio,
nes & monitiones quæ in quibuscunq; causis & maxi
me usurariis per nos aut prædecessores nostros, seu no
stros uel eorum Vicarios seu officiales uel curiam fa
ctæ fuerint & pendeant , uel in posterum fieri conti,
gerint : Præsenti constitutione approbamus ac sanci,
mus & decernimus inuiolabiliter obseruandas. Con
trarium uero præsumentes directe uel indirecte , seu
eas uel earum aliquam quomodolibet uiolantes , aut
eis plenarie non parentes, præter pœnas al's inflictas &
infligendas excommunicationis sententia; ipso facto
incurrant, & causam qualiscunq; & q̃tacunq; fuerit, &
id de quo agit̃ ammictant. A qua excõione nullaten9
absoluantur , nisi prius iniuriam passo satisfecerint,

56

&.x.floreñ auri nostræ Cameræ persoluerint, & hanc constitutionem extendi uolumus non solum ad futura, sed etiam ad præterita & adhuc pendentia.

i Tem considerantes q dignum sit & congruum rationi ut unusquisq suis terminis sit content9, nullusq falcem mittat in messem alienam, præsenti constitutione interdicimus & prohibemus ne aliquis cuiuscunq status gradus ordinis uel conditionis existat, & quacunq & quantacunq præfulgeat dignitate in ciuitate uel dioc florentina, in quibus nobis iurisditio ordinaria & diocesani noscit pertinere aliquam iurisditionem ecclesiasticam seu officium sibi a iure communi prohibitum, & nobis competens exercere præsumat, nisi hoc ei competat ex priuilegio seu cómissione sedis apostolicæ speciali: Aut alr noster subditus fuerit cui hoc competat ex consuetudine priuilegio siue iure. Contrarium uero facientes excommunicationis sententENTIÆ eo ipso se nouerint subiacere, & quæ ægerint uires nullatenus obtinere.

i Të maledicimus & excõicamus uniuersos & singulos cuiuscũq status gradus ordinis ul condi tionis existát, qui in exequtionib9 testamentorum & ultimarum uolũtatum, seu restitutione usurarum & male ablatorum certorum & in certorum defunctorum fraudem uel dolũ scienter adhibuerint, & maxime in faciendo plus uel aliter confiteri q̃ dederint aut confitendo uel finiẽdo plus uel alr q̃ receperint sine nostra uel nostri Vicarii licentia speciali: Decernentes solutiones exequtiones confessiones & fines tales penitus nullas esse: Et qđ propterea taliter datum esset pro non dato haberi,

ſed per nos ſeu noſtrum Vicarium & officialem fore quibus & prout expedire uiſum fuerit extra perſonã ſic in fraudẽ confitentis finiẽtis integraliter pſoluẽ Ac ſi inde nulla ſolutio uł ſatiſfactio facta foret: & cũ pium ſit defunctorum omnes exequi ultimas uolun tates. Huic cõſtitutioni adiicim9 & ſtatuimus exequ tiones quaſcunq; ultimarũ omniũ uoluntatũ defun ctorũ ad nos & noſtram curiam & officium pertinere & fiendas eſſe etiã ſi talis defuncti hæreditas adita nõ exiſtat: & in piis defunctorum uoluntatibus etiam ſi minus ſolemnis fuerit defunctorũ diſpoſitio quo uis modo.

i N primis ad refrenandã malitiam multorum qui cauſam uſurariam mouẽt in noſtra curia in fraudem, ut per hoc ſuos creditores in exactionibus ſuorum debitorum impediant & retardent: ſtatuim9 ut quicunq; deinceps cauſam uſurariam in noſtra curia mouerit poſtq̃ lis orta fuerit in curia ſeculari & petatur inhibitio circa cauſam uertentem corã ſeculari Vicarius noſter poſtq̃ ſummarie per ſe & non citatis partibus cognouerit, ſeu habita aliquali cognitione poſſit inhibitionẽ concedere per duos menſes, quibus elapſis ſi fuit adhibita diligentia per actorẽ in proſequtione cauſæ & in dicto tempore per eum non ſteterit quin expediretur poſſit per alium menſem, & ſi neceſſe fuerit per duos & ſic per quattuor tantum inhibitionem concedere: quibus elapſis omnis effectus eius expiret & amplius nõ duret modo aliquo et abſq; aliqua reuocatione uel declaratione iudicis. Si uero cauſa non ſolum coram iudice ſeculari ſit cœpta: ſed ſit

per

per sententiam terminata: & ad impediendam exequtionez dictæ sententiæ seu publici instrumenti seu debiti liquidati, possit dic⁹ noster Vicarius habita pri⁹ aliquali informatione seu præsumptione de dicto cōtractu, seu de usura per duos menses tantum inbibitionem concedere, in quibus causam ipsam prosequi & finire debeat actor. Alioquin elapso termino non audiat, & reus absoluatur & remittatur ad proprios iudices.

i Tem aduertentes q̄ priuilegiuz meretur ammittere qui concessa sibi abutitur potestate: & frustra legis auxilium inuocat qui commictit in legē: statuimus & ordinamus q̄ inhibitio non concedatur illis de tertio ordine seu aliis conuersis uel mantellatis cuiuscunq; ordinis, si debitum fuerit contractuz ante ingressum: & tunc etiam nisi deferant habitum apparenter illi ordini deputatum.

i Tem cupientes quantum possumus prouidere, q̄ causæ usurariæ ac exequtiones ultimaruz uoluntatum breuiter & summarie decidantur: & considerantes qđ hæc plurimum clarius & breuius fieri possunt per libros & codices rationum & usurarioruz, & etiam defunctorum: statuimus qđ quotienscunq; in aliqua causa, seu occasione alicuius restitutionis uel exequtionis fiendæ, uel quæ fieret mandaretur alicui per nos aut nostrum Vicarium seu officialem, ut huiusmodi libros & codices in curia seu iudicio exhiberet: & ipse in hoc negligens seu inobediens fuerit uel remissus, cum per hoc parti aduersæ probationes subtrahere, ac restitutiones & exequtiones huiusmodi im

pediri dici possit talis causa & restitutio & officialem cui & prout uiderit deferendum, & tale iuramentum pro plena probatione habeatur: Huic constitutioni addentes quod in exequtionibus ultimarum quarumlibet dispositionum & uoluntatum procedi possit per præsumptiones & uerisimiles coniecturas & iuramentorum delationes & iuris ordine ac solemnitatibus non seruatis: Nec propterea processus sic habitus ualeat impugnari.

i Tem prouidere uolentes ne layci in nostra curia litigantes habeant materiam conquerendi: Præsenti constitutione sancimus, quod in causis quæ inter laycos in nostra curia uentilentur, illæ probationes sufficiant & legiptimæ reputentur quæ alias legiptimæ essent in seculari curia inter eos, dummodo ecclesiasticæ libertati & iuri Canonico nostrisque cōstitutionibus non repugnent: Non intendentes propterea aliis nostris & maxime suprascriptis constitutionibus in aliquo derogare, nisi si & prout nobis seu nostro Vicario uisum fuerit expedire.

i Tem animarum saluti prouidere uolentes: statuimus ut siquis prælatus uel capitulum seu rector parrochialis ecclesiæ aliquem laycum in nr̄a curia citari fecerit a quo decimam petat prædialem: Stetur iuramento petentis super quantitate petita, dummodo ualorem librarum quinque non excedat: & prædiū seu rem de qua seu cuius fructibus decima petitur, constet esse infra parrochiam ecclesiæ pro qua petitur decima prædicta:

i Tem laudabilem & antiquam consuetudinem Archiepiscopalis curiæ florentinæ obseruare uolentes: Statuimus ut siquis conuentus fuerit in curia nostra pro aliquo debito, de quo constet per sententiam aut instrumentu; publicum, in quo pceptu; guarantigiæ more florentino sit appositum, possit & debeat procedi super exequtione talis sentẽtiæ seu instrumenti summarie ut sine strepitu & figura iudicii incipiendo etiam a præcepto & exequtione & sine libelli oblatione litis contestatione probatione diffinitiuæ sententiæ aut alia iuris solemnitate seruanda: Volumus tamen qđ alicuius conuenti defensiones legiptimas aliquatenus non excludi.

i Tem prouidere uolentes ne crimina remaneant impunita: statuimus ut siquis contra quem super aliquo crimine, maleficio, uel delicto per nos uel nostrum Vicarium procederetur ad citatione; & monitionem legiptime de eo factam non comparuerit: Sed se reddiderit contumacem, ne de sua contumacia glorietur, possit de tali contumacia puniri spiritualiter & temporaliter, & mulctari prout nobis uel nostro Vicario uidebitur expedire.

EXPLICIVNTVR.

i N CHRISTI Nomine Amen. Hoc est exemplum siue transumptum quarundam constitutionum infrascripti Reuerendissimi patris & Dñi Dñi Iohannis miseratione diuina sancti Theodori diaconi Cardinalis, tunc Apostolicæ sedis legati infrascripti in forma publici instrumenti scriptarum & publicatarum per infrascriptum Andream Nardi de Fuligno Notarium publicum, & tunc Notarium & scribam dicti infrascripti Dñi legati & suæ curiæ. Quarum quidem constitutionum & instrumenti tenor hic est uz.

i Ohannes miseratione diuina Sancti Theodori Diaconi Cardinalis Apostolicæ sedis legatus in prouinciis tusciæ tam imperio q̃ in terris Romanæ ecclesiæ constitut: nec non Archiepiscopatu Pisano, & castelli, ac Perusiñ ciuitatibus & dioc Massa trebaria ciuitatis Vrbiñ & dioc & districtus ipsius Marchiæ: Anconitañ, Ducatu Spoletañ prouinciis, Campañ Maritimæ & Sabiñ comitatibus, Patrimonio beati Petri in tuscia & Vrbeuentañ Viterbieñ & Tiburtiñ Reatiñ Tudertiñ Interraneñ & Narnieñ ciuitatib9 & dioc uniuersis & singulis infra legationis nostræ terminos constitutis Salutem & sinceram in Domino charitatem.

i Psis rerum experimentis cognoscimus constitutiones fore pœnales, ut qui uerbis earum uirtutis amore non compunguntur, ad earum obseruantiaz pœnali formidine moueantur: Et q̃uis in casibus nostris constitutionibus comprehensis per sacros Canones sit prouisum: nonnulli pro dolore ecclesiaruz

prælati & clerici nostræ legationis propriis solũmodo commodis inhiantes / spretis præceptis Dominicis ad illicita & eorum obuiantia ordini se inuoluunt : Se sæuis quod est horrendius immiscendo : Ex quo manifeste datur intelligi maiores eorum huc usq; fuisse desides & remissos. Nos igitur in his morbis q̃tum cum Deo possumus / & ad nostrum officium spectare dignoscatur / congruentibus medicamentis uolentes occurrere / quasdam certi tenoris constitutiones edidimus : & eas iussimus sub competentibus titulis collocandas : quas in Domino uos hortamur gratant' suscipite / & eisdem sincere uestra sic capita submittatis / ut non auditores tantu; sed factores uerbi comprehendamini : & eas obseruare non metu pœnæ / seu mulcte uelitis / immo spe premii præsentis pariter & futuri : Et ut nullus circa eas in posterum causari ualeat ignorantiam. Singulis Episcopis legationis nostræ prædictæ præcipimus / ut harum constitutionu; copias infra unum mensem in tuscia prouincia constituti : in Marchia uero Ducatu patrimonio Campañ & Maritima & partibus circumuicinis infra duos menses a publicatione præsentium numerandos recipere non ommittant : Daturi suis & aliis suæ ciuitatis & diocesis ecclesiis similes copias infra terminum suo arbitrio moderandum : Super quo eorum conscientias oneramus :

q Via nihil iuxta uerbum Augustini facilius & leuius & hominibus acceptabilius est / Episcopi aut præsbiteri aut diaconi officio si perfunctorie atq; adultorie res agatur : Sed nihil apud Deum miserabi

lius & strictius & damnabilius uniuersos clericos con uenit ab omni strepitu terrenorum cessare / & diuino officio & contemplationi insistere cum dicantur re / ges hoc est se ipsos & alios regentes uirtutibus / qđ co rona capitis designare uidetur. Protestant enim di / centes: Dominus pars hæreditatis meæ: Sed nunc ꝓ dolore obliti qđ dixerunt: terrena ambiunt non ordi ni uel orationi uacant / sed armis / & mercimoniis / & aliis detestādis actibus adeo se inuoluunt / ut quasi in nullo a secularib⁹ differāt / immo uniformiter sic ince dant: Nos uero his morbis quantum cum Deo pos / sumus occurrere cupientes / ut possimus cum Apo / stolo dicere: Mundæ sunt manus meæ a sanguine om nium uestrum. Non enim subterfugi quo minus an nuntiarem omne consilium Dei uobis / ut quos ad ui tæ decorem domesticæ laudis exempla non prouo / cant / saltem correctionis medicina compellat: Præsen ti constitutione duximus statuendum / ut non comaꝫ nutriant / sed tonsuram pub. ac patent deferant / cle ricalem & habitum iuxta modum qui sequitur / Vꝫ Qđ prælati ecclesiaruꝫ quocunq; nomine nuncupen / tur / Rectores ecclesiarum / ciuitatum Canonici / Cap pellani ecclesiarum cathedralium aliarumq; principa lium ecclesiarum locorum insignium: Dummodo tales Canonici decimum octauum suæ ætatis annum attingant / cum fuerint in eorum ecclesiis tempore di uini officii cum biretis seu berriolis / & cappis clausis / crocis / cottis / uel mantellis humeros & anteriores par tes corporis cooperientibus prout decet: Ac Rectores ecclesiarum aliorum locorum per ciuitates / & castra /

terras, & loca prædicta insignia cum tabardis, tala-
ribus incedere publice teneantur, nisi fuerint in itine
re uel peregrinatione constituti. Siquis autem cum
tonsura condecenti, & habitu (sicut præmictitur)
non incesserit, supradictis q̃diu non paruerit, a perce
ptione fructuum sui beneficii: Et nihilominus post
eius punitionem per mensem unum sit ipso facto su
spensus. De quibus quidem si interim qualitercunq;
perceperit, sit eo ipso inhabilis per sex menses ad alia
beneficia ecclesiastica obtinenda: cuius quidem con
stitutioni transgressores suo ordinario infra octo dies
a tempore scientiæ intimare: cum Canonici uel be-
neficiati eiusdem ecclesiæ sub pœna inhabilitatis præ
dictæ iam late obnixius teneantur: prædicta uero ad
residentes tantum in dictis ecclesiis siue locis & ad fru
ctus beneficii in quo taliter delinquatur: Volumus
duntaxat extendi: Volumus insuper & mandamus
q̃d clerici quibus lachrymæ arma debent existere: ar-
ma publ. non deferant nisi habentes inimicitias capi-
tales a nobis uel suis diocesanis licentiam obtinerẽt:
quo casu uti possint caputiis magnis & honestis, atq;
tabardis, uel nisi qui essent in peregrinatione uel iti-
nere constituti. Contrarium uero facientes pœnas su
pradictas modo & forma suprascriptis ipso facto in-
currant. Postremo quia religionis ager non potest bo
norum operum uberes fructus producere, nisi per cul
toris diligentiam & culturã a uitiorum spinis fuerit ex
purgatus: uniuersos & singulos clericos tã seculares q̃
regulares ꝑ primo secũdo & tertio monitionis edicto

monemus eis districte sub excommunicationis pœna mandantes quatenus diuinis officiis diligenter inser/uiant, ac cum clericis & personis ecclesiasticis conuersentur a criminibus quoq; maxime homicidiis, deprædationibus, usuris, uiolentiis, ludis prohibitis, taberna nisi duntaxat essent in itinere cõstituti: Et blasfematoribus Dei & sanctorum & exercitat' & caualcatis nisi in casibus a iure concessis officiis secularibus publicis atq; mercimoniis uel aliis exercitiis seu a quibuslibet aliis flagitiis & enormitatibus prorsus studeant abstinere, nec se talia properantibus counire ul' præbere ipsis auxilium, consilium, uel fauorem. Alioquin si patenter & publice tonsuram & uestes huiusmodi non detulerint, uel se in prædictis sibi prohibitis uel aliquo prædictorum immiscuerint: Et pp hoc eos uexari contingat in iudicio seculari, & nobis uel suis diocesanis subsidium aliquod non expectēt: Et nihilominus si beneficiati fuerint, præter alias pœnas a iure in taliter delinquentes inflictas per tres menses fructuum beneficiorum suorum omnium perce/ptione nouerint se priuatos conuertendorum in uti/litatem suarum ecclesiarum in quolibet prædictoru; casuum de suorum diocesanorum consilio & assen/su. Recolendæ memoriæ Domini fratris Latini hostieñ & uelletreñ Episcopi, tunc Apostolicæ sedis le/gati constitutionem unam u; contra concubinarios clericos, aliam contra beneficia ecclesiastica illicite detinentes, uel se in illa authoritate propria intruden/tes editas uolentes a clericis & subditis nostris inuio/labiliter obseruari, ipsas nostris constitutionibus de

uerbo ad uerbum duximus inserendas & etiam inno uandas: Quarum tenores tales sunt.

q Vamuis concubinarios clericos sacri Canones se ueritate multiplici prosequantur: Quia tantũ plerique timore Dei postposito, in huiusmodi turpitu dine uitii non solum occulte, sed etiam publice inue niuntur offendere. Nos eorum impudentiam opor/ tuna districtione confundere ac reprimere cupientes, Monem⁹ clericos oẽs nostræ legationis qui sacrũ ordi nem & ecclesiasticum beneficium sunt adepti seu adi piscentur in posterum, ut nullus eorum concubinã seu focariam publice tenere præsumat: Et qui suaden te diabolo detinent, infra octo dies ex quo præsentẽ constitutionem in sua ciuitate aut dioc publicatam esse cognouerint, eas ab se prorsus abiiciant nunq̃ de cætero recepturi. Siqui uero ex prædictis clericis con cubinam seu focariam publice ac manifeste siue in do mibus ecclesiarum siue alibi per duos menses post ter minum supradictum non erubuerint retinere benefi/ ciis ecclesiasticis quæ infra nostræ legationis terminos obtinent ipso facto nouerint se priuatos. Episcopis autem & superioribus prælatis ad quos beneficiorum quæ taliter delinquentium fuerant, collatio seu pro uisio pertinet conferendi ea seu prouidendi de ipsis li beram concedimus potestatem. Aliis etiam ad quos electio seu præsentatio ad beneficia eadem uel eorum prouisio spectare dignoscitur, liceat eligere seu præ/ sentare ad illa seu etiam prouidere de illis: Ex quo per Episcopos prædicti clerici præsentis constitutio/ nis pœnam declarati fuerint incurrisse, ut sic eos qui

damna spiritualia paruipendunt, temporalis saltem iactura coherceat a peccato.

p Raeteriti malitia temporis usqueadeo in qui/busdam partibus nostrae legationis inualuisse dignoscitur, ut non soluz pleriq; clerici sine iusto: uerū etiam quidam layci sine ullo titulo q̄plures ecclesias & eorum iura occupare praesumpserint, & eas in suar alioruḿq; p̄lium animarum periculum detinere praesumant. Nos igit̄ huic de tali morbo cupientes oportuni remedii medelaz apponere: Monem9 oēs clericos & laycos nostrae legationis, eisq; in uirtute obedientiae sub interminatione diuini iudicii qua fungimur au/thoritate, districte praecipimus quatenns clerici qui ecclesias quaslibet propria temeritate inuadere, occupare, uel absq; institutione Canonica recipere prae/sumpserint, & eas taliter occupantes siue receptus detinere non metuunt layci, qui quocunq; modo ecclesias detinent, siue eis per clericos faciunt deseruiri, siue ipsas debito teneant obsequio defraudatas eccle/sias ipsas cum omnibus bonis mobilibus & immobilibus ac iuribus quo quo modo pertinentibus ad eas/dem infra unum mensem a publicatione praesenti in ciuitate ac districtu Florentiae in aliis uero ciuitatibus & dioc; infra similem terminum ex quo in eis praesens constitutio fuerit publicata libere & absolute dimit/tant, ut ipsis ecclesiis ad quos de iure in eisdem electio uel collatio aut praesentatio seu prouisio pertinet de personis idoneis ualeat prouideri, & prouisione hu/iusmodi ipsi qui easdem ecclesias nullo modo publi

62

co uł priuato per se uel per alios impedire præsumat.
Siqui uero clerici aut layci ex prædictis hoc nostrum
tam salubre præceptum infra prædictum terminum
adimplere contempserint, aut prouisionem ecclesiarum
huiusmodi quo minus infra unum mensem ex quo
ipsis eas dimiserint, libere fieri ualeat quoquo mo-
do præsumpserint impedire: clericos non solum præ
dictis ecclesiis, uerum omnibus beneficiis ecclesiasti-
cis, quæ infra nostræ legationis terminos obtinent,
omnino priuamus, & inhabiles reddimus ad alia be-
neficia infra eosdem terminos obtinenda: Laycos
aūt si sunt Potestates aut Iudices aut Notarii seu Do
mini legum aut quolibet alio publico funguntur of
ficio huiusmodi officii uolumus esse priuatos, eosq;
inhabiles reddimus ad hoc uel similia: Deinceps in
loco quolibet exercendo: Insuper ipsos excommu-
nicationis uinculo innodamus, a qua non nisi per
Apostolicam sedem uel legatum de latere Domini
Papæ missum absolutionis beneficium ualeant obti-
nere: Et nisi ante necessitates ultimas sibi de huius ab
solutione prouiderint, quamuis in mortis articulo
non sit eis, si pœnituerint, absolutio & communio
deneganda: tamen ecclesiastica careant sepultura:
Donec ecclesiæ occupatæ aut detemptæ per eos libere
(ut prædictum est) fuerint & absolute dimissæ, ac de
fructibus earundem ad mandatum ordinarii uel eius
Vicarii sit integre satisfactum: omnesq; religiosos &
clericos seculares qui tales scienter ad sepulturam re-
ceperint, ꝑ unum annuꝫ ab officio & beneficio decerni
m⁹ esse suspensos: omnibus Prælatis ad quos de iure

prædictarum ecclesiarum collatio seu prouisio perti/
net sub excõmunicationis pœna districte præcipim⁹,
ut eisdẽ humano timore postposito de personis ido
neis prouidere non differant: inuocato ad hoc (si op⁹
fuerit) auxilio brachii secularis: ad quod exhiben/
dum Potestates & rectores alios ciuitatum aliorumq;
locorum per censuram ecclesiasticam compellere stu/
deant, teneantur si fuerit oportunum.

e Tsi beneficia sint dignis propter officia tribuen
da, ut plerique nostri temporis clerici ueluti deli
cati pro fructu tamen non merito beneficia assecuti cũ
mattutinis, missa, uesperis, & cæteris canonicis horis in
ecclesiarũ persoluendis se mancipatos agnoscant, ut
quotidianas distributiones lucrifaciant ingredientes
chorum non dum horis solutis egrediuntur, risibus
& circuitibus & uaniloquiis se inuoluunt, & mox cũ
instat finis horarum iterato eundem chorũ reintrare
procurant: Et si nos fallunt nunquid fallere possunt
oculos cuncta cernentis, qui dixit: Domus mea do/
mus orationis uocabit: Et per pphetam impii ambu
lant in circuitu, sed in extremo examine cum diceret:
Redde inquit rationẽ uillicationis tuæ, quam reddi/
turus erit qui amplexus commodum onus repudiat,
immo uelut morbosa ouis quæ eiicienda esset potius
ab ouili, inficit alias suo exemplo: propter quæ ip/
sorum fraudibus est de oportuno remedio obuian/
dum. Sane licet statutum existat qd distributiones
quotidianæ quæ alias manualia beneficia seu uictua/
lia nuncupantur, tantum Canonicis & aliis bene/
ficiatis seu clericis Cathedralium, & aliarum col/

legiatarum ecclesiarum qui diuinis officiis in huius-
modi ecclesiis afferunt, debeantur iuxta ecclesiæ cu-
iuslibet ordinationem rationabiliter iam factam, seu
etiam faciendam: Quia tamen statutum ipsuz ut plu
rimuz non seruatur, & a multis nostræ legationis tra
hitur in abusum: statuimus & ordinamus q quicũq3
ecclesiarum prædictarum Canonici & alii beneficiati
seu clerici qui dum in ciuitatibus uel locis aliis ubi di
stributiones huiusmodi tribuuntur, præsentes exti
terunt in mattutinis ante primũ hymnum perfectuz:
uel in missa anteq̃ sit finitũ ultimũ Kyrieln: seu in ue
speris anteq̃ primus psalm9 totaliter cõpleat̃ nõ affue
rint, nec perstiterint usq3 ad officii finez, eo ipso quoti-
dianas distributiones quæ dant̃ in illis horis in quib9
delinquunt p duos dies immediate sequẽtes ammit-
tant. Siquis uero de distributionibus ipsis quicunq3
receperint exceptis illis quos infirmitas seu iusta & ra
tionabilis causa, corporalis necessitas, aut euidẽs uti
litas ecclesiæ excusaret: Nec non & illi qui easdez di
stributiones eis dederint uel eis dari consenserint, ipo
facto sententiam excommunicationis incurrãt, a qua
nisi duplum eius restituant quod turpiter receperunt
uel dederunt seu dari consenserunt nullatenus absol
uantur: Verum si distributiones in huiusmodi in ca-
thedralibus ecclesiis uel etiam in aliis collegiatis eccle
siis si collegiatæ fuerint ciuitatum uel principalium
aliorum locorum insignium non existant: Volum9
& mandamus q Canonici deñ octo & alii beneficiati
seu clerici earumdez ecclesiarum quatuor usualis mo
netæ: & si in dictis horis (ut præmittitur) non affue

rint die eadem qua sic deliquerint earumdez ecclesiaꝝ prælatis exsoluere teneantur, q̄ si eos non soluerint, ipso facto sint fructuum præbendarum suarum per ceptione per mensem priuati: statuentes q̄ distributiones huiusmodi ac deñ & fruct⁹ sic ammissi, in quolibet casuum prædictorum de diocesañ consensu in utilitatem ecclesiarum absq; diminutione qualz efficaciter conuertantur, qđ si de fructibus huiusmodi taliter delinquentes quicq̄ interim receperint, eo ip̄o sententiam excommunicationis incurrant.

q Voniam nihil est qđ magis debeatur hominib⁹ q̄ ut supræmæ uoluntatis postq̄ iam aliud uelle non possint, liber sit stilus & licitum quod iterū non redit arbitrium: Decens est celeriter exequi testamentum & ultimas uoluntates quæ pro legibus sunt seruandæ: Ideoq; statuimus qđ quicunq; hactenus deputat⁹ fuerit exequtor ultimæ uoluntatis uel in posteꝝ deputabitur, si exequtionem sibi commissam infra annum computandum ab obitu testatoris non fecit uel non faciet in futuris exequtionibus, cum ex hoc manifeste eius negligentia deprehendatur, ipsa exequtio per diocesanum Episcopum fiat contradictione aliqua non obstante.

q Vos debemus defendere & tueri, probibemur procul dubio impugnare. Nunc autem nōnulli ecclesiarum patroni Dei timore postposito, ad ipsas ecclesias præsentatos ab eis in excogitatis modis: nunc latenter nunc palam nituntur opprimere redditus earumdem qui rectoribus & ministris eorum debentur sibi appropriare nitentes. Igitur eoꝝ ausibus

64

duximus obuiandum : Statuentes & ordinantes, qđ siquis patronus uel pro patrono se gerens aliquid immobile pretiosuꝫ uel sacrum ecclesiæ in qua patronuꝫ se duxerit rapuerit siue in Prælatũ Rectorẽ uel Canonicum uel conuersum ipsius ecclesiæ manus iniecerit temere uiolentas, eo ipso prima uice uacationis ecclesiæ in qua se gesserit pro patrono, uoce præsentandi in rectorem nouerit se priuatum : cuius præsentatio extunc transferatur in eum ad quem alīs de iure uel de consuetudine institutio talis ecclesiæ pertineret : Et si talis ecclesia collegiata existeret per decem annos omni honore & commodo qui ex iure patronatus ei ab eadeꝫ ecclesia debeatur, existat priuatus : Eisdeꝫ quoqꝫ pœnis innodamus patronos præfatos minas uel terrores inferentes Prælatis Canonicis Cõuersis uł Rectoribus ante dictis : tales pp quas iideꝫ Prælati Canonici cõuersi uł Rectores ab administratione spiritualium ac temporalium uel personali residentia facientia aliqualr retrahantur : Inhibentes nihilominus Prælatis & Rectoribus supradictis ne ultraq̃ ipsis patronis debeatur de iure uel antiqua cõsuetudine aliquid eisdeꝫ de iuribus uel bonis immobilibus ipsarum ecclesiaꝝ erogare præsumant. Contra eos si secus ægerint ad priuationis sententiam processuri.

q Voniam ut ad nos multorum fide dignoꝝ relatione peruenit in diuersis partibus nostræ legationis prauæ consuetudinis morbus inualuit uꝫ. Qđ nonnulli layci & parrochiani multarum ecclesiarum diuersis anni temporibus commestiones & potus exigunt ab ecclesiis sibi exhiberi interdum insimul con

gregatis uel aliquid aliud loco commestionis uel potus, quod particulariter diuiditur inter eos in quibus propter crapulam & ebrietatem fiunt uulnera, committuntur homicidia, damna plurima perueniunt & pericula animarum: & dum uacare deberent actibus uirtuosis, tenebrarum operibus se inuoluunt. Ea ppter uolentes prout ad nrum spectat officium, tales abusus qtum nobis est possibile refrenare: Vniuersis & singulis laycis & parrochianis quarumcunque ecclesiarum nostræ legationis inhibemus, & sub excommunicationis pœna districte præcipiendo mandamus, ne præfatas commestiones uel potationes ab ecclesiis supradictis exigere præsumant: nec ipsi Prælati uel Rectores ecclesiarum per se uel seu alios ea ipsis aliquatenus exhibere, prætextu cuiuscunque consuetudinis quam in hac parte reputamus potius corruptelam, nisi antea coram locis diocesan præfati layci & parrochiani fidem legiptimam fecerint qualiter ad ea eisdem sint ecclesiæ legiptime obligatæ. Siqui autem contra hoc attemptare præsumpserint (si layci fuerint) eo ipso excomunicationis sententiam incurrant: Clerici uero suorum beneficiorum priuationem expectent:

d Ecet ut a uinea Dñi Sabaoth pestiferi palmites extirpentur, Sane ad audientiam nostram fide digna relatione peruenit, quod nonnulli clerici ecclesiastica beneficia obtinentes in ciuitatibus, castris, terris & locis occupatis per rebelles & inimicos ecclesiæ de heresi ul' fautoria hereticorum sententialiter condemnatos in eisdem ciuitatibus castris & terris uel locis ppter dictorum hereticorum uel fautorum contumaciam & contemptum

temptum suppositis solemniter ecclesiastico interdi/
cto celebrare etiam publice diuina officia non ueren/
tur. Quinimo eisdem protestantur in suis sceleribus
obstinatis consilium/auxilium/& fauorem in ani/
marum suarum periculum & graue scandalum plu/
rimorum. Nos uolentes prædictis q̄tum cum Deo
possumus obuiare/hac imperpetuum ualitura consti
tutione sancimus q; quicunq; clerici uel religiosi tam
exempti q̄ non exempti cuiuscunq; ordinis & condi/
tionis existant/de cætero in ciuitatibus/castris/terris/
uel locis prædictis taliter occupatis & generaliter in/
terdictis/diuina officia scienter celebrare præsumpse
rint/etiam si cathedralem uel matricē seu parrochia/
lem loci ecclesiastici illa uiderint aut sciuerint/nō ser
uare: Dummodo eadem interdicta in aliis ciuitatibus
& locis prædictis conuicinioribus tam publice ac pa/
tenter fuerint solemniter publicata/q; ad dictam ca/
thedralem uel matricem seu parrochialem loci eccle/
siam peruenisse/uerisimilius præsumatur/uel eisdē
damnatis aliquod præstiterint consilium/auxilium/
uel fauorem publice uel occulte/directe uel indire/
cte/seu nomen uariatur/uel alicuius officii ad dioce
sanos dictarum ciuitatum/castrorum/terrarum/&
locorum taliter occupatorum spectantium usurpaue
rint in eisdem ciuitatibus/castris/terris/uel locis præ
dictis quocunq; figmento uel quæsito colore: Nec nō
clerici qui ab huiusmodi Vicariis uel officialibus mu
nus confirmationis/collationis/institutionis/uel pro
uisionis quarumcunq; ecclesiarum/monasteriorum/
uel aliorum quorumcunq; ecclesiasticorum & piorū

locorum receperint / uel per litteras commendatitias earuꝫ ad quosuis ordines ecclesiasticos se fecerint pro moueri / uel eos ut Vicarios seu officiales habuerint uel tractauerint / seu eis quomodolibet paruerint uel obedierint: Nec non etiam clerici qui aliquas induxe runt uel arctauerunt ad subuentiones aliquas dictis rebellibus & damnatis præstandas uel etiam impedie rint quo quo modo / ꝙ legatis & nuntiis sedis aposto licæ uel diocesanis præfatis in sæpe dictis ciuitatibꝰ ca stris & terris non pareatur in suis officiis iurisdictioni bus uł mandatis non solum excommunicationis sen tentiam ipso facto incurrant / sed etiaꝫ a suis ecclesiasti cis beneficiis omnibus nouerint se priuatos / & perpe/ tuo inhabiles ad alia obtinenda : Et si religiosi etiam si exempti fuerint / eos per suos prælatos mandamus districtius carceri perpetuo mancipari / pane doloris & aqua angustiæ substentandos.

q Via nemo mictens manum ad aratrum & respi/ ciens retro aptus est regno Dei. Nonnulli non attendentes ꝙ in ea uocatione / in qua quisqꝫ uocatus existit / persistere debet assumpti ad dignitates eccle/ siasticas de CHRISTI patrimonio sublimati ad ara/ trum manu missa eas relinquunt / & ad militaria seu seculum se conuertunt in suarum animarum pericu/ lum & dignitatum ecclesiasticarum non modicuꝫ præ iudicium & grauamen : Ea propter uolentes talibus de oportuno remedio obuiare : Monemus omnes & singulos dignitates & personatus habentes quibus cu ra imminet animarum / qđ infra annnum a tempore publicationis præsentis constitutionis qui promoti

sunt, & qui promouebuntur in posterum a suæ ade-
ptæ possessionis pacifice tempore numerandum se fa
ciant statutis a iure temporibus saltem ad subdiaco
natus ordinem promoueri. Alioquin a dictis suis di
gnitatibus & personatibus elapso dicto tempore, eo
ipso se nouerint fore priuatos nisi per suos diocesa-
nos, cum eisdem fuerit fauorabiliter dispensatum:
quam fieri non intendimus nisi inspecta rationabili
causa uł prærogantia meritoruȝ actenta diocesanis ip
sis uideretur potius dispensandum: super quo eoꝝ
conscientias oneramus.

e T si uirtutum premia tribui merentibus con-
uenit, illos decet quoqȝ plurimuȝ honorari, qui
non minus humano generi prouidét, q̃ si præliis atqȝ
uulneribus patriam parentesqȝ saluarent. Hi enim di
rimunt ambigua facta causarum, & in rebus sæpe pu
blicis atqȝ priuatis suæ defensionis iuribus lapsa eri-
gunt, & reparant fatigata: Dicuntur igitur militare
ipsi patroni causarum, quia gloriosæ uocis confisi,
munimine laborantium spem, uitam, posterosqȝ de
fendunt: hos quidem nunc uerbis nunc minis & ter-
roribus nunc uerberibus dehonestare nitantur. Hoꝝ
igitur temeritati occurrere cupientes: statuimus & or
dinamus ne quis per se uel alium publice uel occulte
siue quouis quæsito colore modo & forma prædictis
uel aliquo prædictoruȝ impedire facto uel uerbo præ
sumat, quo minus quisqȝ in nostra curia siue infra no
stræ legationis terminos aduocatus officium aduoca-
tionis gerat, in casibus licitis & honestis possit libere
exercere, ac cuilibet iuste petenti exhibere iustum pa

trocinium consilium auxilium & fauorem, uel ad eũ recurri ualeant pro aduocationis officio in licitis & honestis casibus exercendis. At in contrarium facientes excommunicationis sententiam promulgamus, quaꝫ absqꝫ competenti satisfatione a quocunqꝫ nostræ legationis nolumus aliquatenus relaxari, id etiam in procurationis officio uolumus obseruari.

p Vblicatæ & pronũtiatæ fuerunt constitutiones prædictæ per supradictum Reuerendum patreꝫ & Dominum Dominum Iohannem miseratione diuina sancti Theodori diaconi Cardinalem apostolicæ sedis legatum & lectæ per Burilum de musello clericum & familiarem supradicti Dñi legati & de mandato & authoritate ipsius Domini legati ipso præsente & mandante, præsente etiam Clero ciuitatis & dioc florentinæ, ac religiosorum multitudine copiosa Florentiæ apud locum fratrum minorum in aula dicti Domini legati Die Dominico. viiii. Kl's Martii Sub annis Dñi a natiuitate Millesimo Trecentesimo uigesimo septimo Pontificatus Sanctissimi in Xp̃o patris & Dñi Dñi Iohannis Papæ. xxii. Anno. xi. in ditione x. præsentibus etiam uenerabilibus patribus Dñis Petro anagun̄ Alamanno emilien̄ Vgolino ciuitatis castelli Teditio fesulan̄ Ep̃is Boso Aretin̄ electo & Dñis Conte & Arrigo Vicariis Ep̃i florentini: Qui Dñs Legatus statim præcepit dictas constitutiones omnes & singulas per singula capitula obseruari.

¶ Ego Andreas Nardi de Fuligno publicus Apostolica & imperiali authoritate Notarius, & nunc Notarius & scriba dicti Dñi legati & suæ curiæ supradictis

67

publicationi pronuntiationi affirmationi & accepta/
tioni præsens interfui/ & de mandato & authoritate
dicti Domini legati scripsi & publicaui/ signūq; meu;
apposui consuetum.

u T autem per descriptionem dierum feriatoru; & inutilium/ & quibus a strepitu causarum conuenit abstinere/ sole clarius elucescat: qui sint utiles de quibus in præsenti constitutione in præcedentibus facta est mentio præsentibus sub propriis uocabulis duximus exprimendos/ & sunt isti V;.

¶ Natiuitatis Domini nostri IESV CHRISTI cu; sex diebus sequentibus.
Circuncisionis eiusdem.
Epiphaniarum.
Resurrexionis eiusdem cum septem diebus præcedentibus & totidem sequentibus.
Ascensionis cum tribus diebus rogationu; præcedentibus.
Penthecosteñ cum duobus diebus sequentibus.
Corporis CHRISTI.

¶ Festiuitatum omnium uirginis gloriosæ.

Purificationis:	Natiuitatis &
Annuntiationis.	Conceptionis.
Assumptionis.	

¶ Duodecim Apostolorum V;.

Mathiæ.	Mathei.
Philippi & Iacobi.	Simonis & Iudæ.
Petri.	Andreæ.
Iacobi.	Thommæ.
Bartholomei.	Iohannis.

¶ Quatuor Doctorum ecclesiæ Dei.
Gregorii. Augustini.
Ambrosii. Hieronymi.
Sancti Pauli primæ heremitæ.
Sancti Antonii abbatis & confessoris.
Sancti Vincentii.
Sancti Fabiani & Sebastiani.
Conuersionis sancti Pauli.
Translationis corporis sancti Zenobii.
Sancti Blasii Episcopi & martiris.
Cathedræ sancti Petri.
Dies uaniloquii seu berlingacci.
Dies carnispriuii cum die sequenti.
Sancti Saluatoris qui celebratur de mēse Nouembr.
Sancti Benedicti abbatis.
Sancti Georgii.
Sancti Marci euangelistæ.
Inuentionis Sanctæ Crucis.
Apparitionis sancti Michaelis.
Sancti Zenobii patris nostri.
Sanctorum Bernabæ Apostoli &
Honofrii.
Natiuitatis sancti Iohannis baptistæ cuꝫ uigilia sua.
Sanctæ Margharitæ.
Sancti Victoris Mar. qui celebratur de mense Iulii.
Sanctæ Annæ matris uirginis gloriosæ.
Sanctæ Mariæ magdalenæ.
Sancti Ludouici regis.
Sanctæ Fœlicitatis quæ celebratur de mense Augusti.
Fœstiuitatis Niuis & sancti Dominici confessoris.

Sancti Laurentii martiris.
Sancti Bernardi doctoris & abbatis.
Decollationis sancti Iohannis baptistæ.
Exaltationis Sanctæ Crucis.
Dedicationis sancti Michaelis.
Sancti Francisci confessoris.
Sanctæ Reparatæ uirginis.
Sancti Lucæ euangelistæ.
Sancti Miniatis martiris.
Fœstiuitatis omnium sanctorum cum die sequenti.
Sancti Martini Episcopi & confessoris.
Sanctæ Catherinæ.
Sancti Nicholai Episcopi & confessoris.
Sanctæ Luciæ uirginis & martiris.
Sancti Ioseph.
Sancti Petri martiris.
Sancti Romuli Episcopi.
Sancti Iohannis gualberti.
Sancti Clementis Papæ.
Præsentationis beatæ Mariæ uirginis.

¶ Omnes autem alios dies præter prædictos & Dominicales, utiles esse uolumus: & intelligimus non obstantibus quibuscunq; aliis nostris constitutionib9 in contrarium disponentibus: quibus quo ad hoc per præsentem uolumus penitus derogari.

c Vpientes procuratoribus ac notariis uostræ curiæ præsentibus & futuris circa salaria seu prouisiones & alia quæcunq; soluenda in dicta curia cu; salute omnium in eadem litigantium modum imponere: præsentis scripti tenore statuimus & ordinamus

ꝙ de cætero infrascripta salaria & non maiora pro infrascriptis accipere & recipere ualeant: etiam si maiora eis offerentur sub excommunicationis pœna & nostri arbitrii: quam pœnam excommunicationis contrafacientes eo ipso incurrant, cuius absolutionem nobis reseruatam esse uolumus.

i N primis procuratores nostræ curiæ pro causis ordinariis & ꝓphanis a libris. xx. usq; ad centū quantitatis uel extimationis licite recipere ualeant ꝑ qualibet causa, pro libello, pro articulis, & pro sententia usq; ad sex grossones pro quolibet ex dictis terminis, ꝑ exceptionibus, interrogatoriis, productionibus iuriū exceptionibus, replicationibus, & appellationibus licite exigat pro quolibet dictorum terminorum tres grossones tantum: ita tamen ꝙ si replicentur dicti uel fiant in diuersis temporibus pro tota causa perfecta ꝓcurator non possit recipere nisi duos ducatos auri, uidelicet libras. xiiii. a. xx. autem libris citra, ex quo causa est summaria & parui ualoris, solum possit recipere pro tota causa perfecta libras quinq; si contigerit per procuratores expediri.

i N causis uero similibus a centū libris supra & usq; ad libras quadringentas seu tantæ quantitatis uel extimationis, quilibet procurator exigat uel exigere possit pro quolibet suprascriptorum terminorū sex grossones excepto libello articulis & sententia: pro quibus & eorum quolibet exigere possit usq; ad decē grossones: ita tamen ꝙ si contigerit reiterare uel duplicare aliquem ex dictis terminis non possit procurator pro tota & ꝑfecta causa habere nisi ducatos tres

cum dimidio pro suo salario / Vz libras . xxiiii . cum dimidio .

i N omnibus autem causis a quadringentis libris supra seu tantæ extimationis uł quantitatis procurator causæ possit recipere pro suo salario pro quo libet dictorum terminorum usq; ad grossones decem exceptis libello / articulis / & sententia / pro quibus & quolibet eoruz possit recipere usq; ad quindeciz grossones / ita tamen q; si contigerit duplicare seu replicare aliquem dictorum terminorum pro tota causa perfecta & absoluta non possit recipere ultra sex ducatos auri . i . libras quadraginta duas .

¶ Idez ordo seruetur in causis criminalibus ciuiliter intentatis / & hoc idem etiam seruetur in causis usurariis .

¶ In causis autem matrimonialibus regulam procurator sumat / si iam est constituta dos / a quantitate dotis / & reguletur dicta causa prout supra in ꝓphanis dictum est : Si autem dos non est iam constituta tunc salarium dicti procuratoris reguletur habito respectu ad qualitatem personarum contrahentium & ad dotem quæ creanda seu danda esset secundum conditionem eorum ad arbitrium Dñi Vicarii .

¶ In causis autez beneficialibus in quibus fructus nō excedunt ducatos . xxiiii . auri / seruetur forma & regula supra tradita in causis prophanis a libris centuz usq; ad quadringentas : & in causis excedentibus dictam summaz / seruetur forma tradita supra a libris quadringentis supra . Siquis autez ex procuratorib⁹ contrafecerit / teneatur ad restitutionem cliētulo dupli qđ ultra acceperit .

¶ Pro causis ordinariis a libris uiginti usq; ad quin-
quaginta soluantur solidi decem pro taxa libelli, &
a libris quinquaginta usq; in libris centum soluan-
tur solidi uiginti, & ab inde supra pro quolibet cen-
tinario librarum quæ petentur in quolibet libello
soluantur solidi decez usq; in libras sex, & dũmodo
non excedatur summa dictarum sex librarum.

¶ Itez pro qualibz sententia ferenda soluatur prout
supra dictũ est de libellis singula singulis referẽdo.

¶ Item successiue pro omnibus exceptionibus & re-
plicationibus & actibus qui proponerentur in scriptis
soluantur solidi quinq; per partem exhibentem ta-
les scripturas.

Pro litis contestatione & iuramẽto calumniæ soluan-
tur solidi quinq; pro qualibet parte: Idem fiat pro
quolibz alio actu qui fit ab utraq; parte.

Pro articulis pro quolibz exhibente soluantur solidi
quinq;.

Quando reus dicit uł replicat contra articulos in scri-
ptis soluat solidos quinq;.

Pro assignatione termini ad probandũ siue actor siue
reus fuerit soluat solidos quinq;.

Pro ꝓductione qualibet iuriũ uel instrumentoꝝ per
producentem soluantur solidi quinq;.

Pro productione testium & iuramento eorumdem lz
plures testes fuerint & in diuersis temporibus pro-
ducti soluantur per producentem solidi quinq;.

Pro publicatione testium per petentem soluantur so
lidi quinq;.

Pro exceptionibus contra dicta testiuz soluantur per
exhibentem solidi quinq;.

Pro exhibitione interrogatorio℞ per exhibentem sol uantur solidi quinq; .

Pro aſſignatione termini ad producendum omnia iura per partem petentem dictum terminum aſſignari ſoluantur ſolidi quinq; .

Pro aſſignatione termini ad dicendu℥ contra iura producta per petentem & obtinentem ſoluantur ſolidi quinq; .

Pro concluſione cauſæ per petente℥ concludi ſoluantur ſolidi quinq; .

Pro excipiente & articulante ad impediendu℥ concluſionem cauſæ ſoluantur per excipientem uel articulantem ſolidi quinq; .

Pro reo petente ſe admicti ad probandum articulos ſuos ſoluat ipſe reus ſolidos quinq; : Et ſucceſſiue in omnibus aliis actibus ut ſupra ſingula ſingulis referendo : quæ omnia ſeruentur in reo prout ſupra dictum eſt de actore .

Pro qualibet interlocutoria ſoluantur per obtinentem ſolidi quinq; .

Pro qualibet ſententia excommunicationis ſoluant̃ per obtinentem ſolidi quinq; .

Pro litteris excommunicationis una cum ſigillo ſoluantur ſolidi octo .

Pro qualibet abſolutione a ſententia excommunicationis per obtinentem ſoluantur ſolidi quinq; .

Pro ſententia aggrauationis & reaggrauationis per obtinentem ſoluantur ſolidi quinq; .

Pro qualibet ſententia brachii ſecularis ſoluantur ſolidi quinq; .

Pro litteris aggrauationis &reaggrauationis uña cum sigillo soluantur solidi.xv.

Pro litteris brachii secularis soluantur per obtinentez solidi .xxv.

Pro qualibz absolutione a sententia aggrauationis & reaggrauationis soluantur solidi decem.

Et quando excommunicatus uel aggrauatus diu sub stinuit dictas censuras / relinquatur discretioni Dñi Vicarii.

Pro qualibet contumacia soluantur solidi tres per il/lum qui fuit contumax.

Pro litteris dimissoriis soluantur solidi decez pro qua libet littera.

Pro instrumentis exhibitis in quolibet ordine & pro quolibet instrumento soluantur solidi.xxx.& qui libet qui est suscepturus ordinem uel ordines maio res teneatur accipere instrumentum / ut possit de di/ctis ordinibus uel de dicto ordine fidem sufficientez facere quando contigerit & c.

Pro examinatione testium per producentẽ pro quolz teste & quolibet capitulo soluantur solidi decez / Vz solidi quinq; iudici & solidi quinq; notario exami/nanti: Et super capitulis super quibus nõ fit aliqua dispositio / non fiat aliqua solutio / neq; etiam sup capitulo de fama.

Item Notarii actuarii possint capere pro copiis scri/pturarum suarum Vz actorum / causarum / copiaꝝ/ testium usq; ad solidos quatuor cum dimidio pro qualibz carta prout hacten⁹ fecerunt &perceperunt: sed in qualibz facie cuiuslibet folii talis copiæ teneañ

tur/

tur, & obligati sint scribere ad minus uersus uiginti bonæ & intelligibilis litteræ sub pœnis & præiudiciis arbitrii nostri & Vicarii pro tempore existentis.

In causis electionum & præsentationum quorum péteretur institutio uel confirmatio pro quolibet modio ualoris dicti talis beneficii florenum unum cuꝫ dimidio.

Pro edicto ꝑ quolibꝫ modio solidi quinqꝫ: dũmodo descendere non possit solidos. xv. nec excedere libras tres.

De quibuscunqꝫ scripturis in dictis causis & testiũ examinatione positionibus & aliis q̃ in petitione & sententia seruetur forma tradita in causis ciuilibus.

Pro sentẽtia uero confirmationis seu institutionis tradendo instrumenta in publicaꝫ formam pro quolꝫ modio ut supra continetur florenum unum cuꝫ dimidio.

In cæteris autem non expressis seruetur ordo curiæ cõsuetus.

p Ræsentes iugiter intra nostri pectoris claustra q̃ta ueneratione sit dignus gloriosoruꝫ quatuor doctoꝝ eccl'iæ sanctæ dei cætus, q̃qꝫ decens sit summis attollere uocibus & laudibus infinitis ac specialibus honoribus uenerari: Quoruꝫ ut scribitur in Canone perlucida & salutaria documenta prædictam illustrarunt ecclesiam decorarunt uirtutibus & moribus informarunt: Et attendentes (proh dolor) ꝙ non solũ ut uere dignum & iustum est in ciuitate & diocesi nostra taliuꝫ doctoruꝫ fœstiuitates solemniter celebrañ a manualibus & aliis operibus abstinendo, sed uix

talium dies a non minima subditorum nostrorum parte in notitia habentur. Nos cupientes tantum errorem abolere / & caligantes oculos abstergere ad honorem omnipotētis Dei eiusq; matris uirginis gloriosæ totiusq; cœlestis curiæ triumphantis ad exultationē catholicæ fidei / ad augumentum & gloriam militantis ecclesiæ & subditorum nostrorum salutem: præsentis scripti tenore omnes & singulos subditos nostros præsentes pariter & futuros exhortamur in Dño ut perpetuis futuris temporibus quolibet anno debeant fœstiuitates dictorum quatuor doctorum. s. Gregorii / Ambrosii / Augustini & Hieronymi solemniter & fœstiue celebrare / a quibuscunq; manualibus operibus & aliis in similibus probibitis abstinendo cum deuotione & spe retributionis æternæ: Relaxantes exnunc eisdem (ut præfertur) celebrantibus quarumlibet dictarum fœstiuitatum quadraginta dies de iniunctis eis pœnitentiis. Cæteras uero fœstiuitates omnes ab ecclesia custodiri iussas & præcepta ieiunia ab omnibus nostræ iurisditioni subiectis firmiter custodiri & obseruari mandamus.

¶ Firmatæ factæ & stabilitæ & promulgatæ fuerunt suprascriptæ constitutiones per dictum Reuerendissimum Dominum Dñum COSMVM DE Paciis Archiepiscopum florentinum & Capitulum ecclīæ florentinæ prædictæ & partim lectæ & publicatæ de eius commissione in sacra Synodo generali / celebrata de anno Dñi. M. D. VIII. in ditione. xii. & dieb⁹ viii. & . viiii. mensis Nouembris: Pontificatus Sanctissimi in Xpo Pris & Dñi nri Dñi IVLII Diuina prouidentia Papæ Secundi Anno Sexto.

CASVS PAPAE RESERVATI.

i N primis de iure antiquo. Incendiarium ecclesiæ denuntiatum excommunicatum: absoluit solus Papa.

Secundus casus in effractore seu spoliatore ecclesiæ si fuit publice denuntiatus.

Tertius in illo qui scienter & sponte participat cum excommunicatis a Papa & participat in diuinis.

Quartus in falsante litteras Papæ.

Quintus qui participat excommunicato in crimine propter quod fuit excommunicatus.

Sextus in præsbitero qui benedicit secundo nubētes.

Septimus in illo qui iniecit manus uiolētas in clericū.

Octauus in inquisitore uel inferiore ab Epo qui contra hereticos procedere & inquirere habent contra suspectos uel diffamatos de heresi, si fraudulenter aut malitiose heresim alicui falso imponat, aut officium inquisitorum impediret, aut contra prædictos suspectos uel diffamatos non procederet, excōicatus est, & solus Papa absoluit.

Nonus quod excommunicatus est, & a solo Papa absoluendus: quicunque religiosus dederit aut ministrauerit clericis aut laycis aliquod sacramntum uel corpus Xpi, uel matrimonium benedixerit non habita super his expressa parrochialis præsbiteri licentia, uel si absoluerit aliquem excommunicatum a Canon uel a sententia uel a statuto prouinciali aut synodali excōmunicatus est absoluens & solus Papa absoluit.

Decimus excōmunicatus eſt & a ſolo Papa abſoluit̃ percutiens Epiſcopum ſeu capiens ſeu banniens uel hoc mandans uł ratificans ſocius conſiliarius fautor & defenſor.

Vndecimus excommunicatus eſt religioſus & à ſolo Papa abſoluitur, qui inſermonibus uł alibi profert aliqua uerba ut retrahat Chriſtianos a ſolutione decimarum, quam ſolutionem debent perſuadere in prima dominica & quarta & ultima quadrageſimæ, in feſto aſcenſionis & in paſca penthecoſten, & in natiuitate beati Iohannis baptiſtæ, & in aſſumptione & in natiuitate beatiſſimæ uirginis cuncto populo cui prædicare contigerit. Item prædictaꝫ ſolutioneꝫ debet perſuadere quicunqꝫ religioſus qui audit confeſſionem, ałs excommunicatus eſt, & a ſolo Papa abſoluitur, excepto religioſo cui decima debetur, quia ille non tenetur ad hoc perſuadendum.

Duodecimus eſt ꝙ excommunicatus eſt religioſꝰ ſiue clericus ſecularis qui inducit aliquem ad uouenduꝫ uel præſtandum fidem uel aliter promictendum ut ſepulturam eligat apud eius eccleſiam uel electam non immutet, & non abſoluitur niſi a Papa.

Tertius decimus ꝙ quicūqꝫ Domini temporales qui cogunt aliquos in loco interdicto celebrare diuina uel per præcones faciunt ad audiendum diuina officia populum euocari in loco interdicto, uel qui prohibent ne publice excommunicati uł interdicti ſup hoc per illos qui miſſaꝫ celebrant, moniti ut ex eccleſia exeant: Et ipſi nominatiꝫ moniti qui non exeūt excommunicati ſunt, & per Papam abſoluendi.

Quartus decimus q fratres minores qui tempore in-terdicti recipiũt in suis ecclesiis ad diuina officia fratres uł moniales tertii ordinis beati Francisci excommunicati sunt, & non absoluuntur nisi per Papaꝫ.
Quintus decimus q excõmunicatus est, & per Papaꝫ absoluendus qui licentia data sibi ab aliquo Rege, principe, barone, uel nobili uel quocunq; ministro prædictorum, ut in bonis uł in personis sententias excommunicationis uel interdicti siue illorum quorum occasione sunt prolatæ, siue illoruꝫ qui obseruant seu excommunicati communicare uolunt, & ea utuntur circa prædicta, & stant in ea p duos mẽses nõ absoluanẽ nisi p Papã.
Sextus decimus q excõicatus est & per Papam absoluendum qui Cardinalem hostialiter insequitur.
Decimus septimus q excommunicati sunt, & a solo Papa absolui possunt exigentes uel dãtes in exigendo auxilium, consilium, uel fauorem, aliquid ab ecclesiis uel ecclesiasticis personis.
Decimus octauus q pertinaciter affirmans usurã exercere non esse peccatum hereticus est, & sic p Papam absoluendus.

¶ Casus reseruati Episcopo p Hosti. In summa paragrapho quibus de pœniten.

Primus est in solemni pœnitentia imponenda.
Secundus est in excommunicatione a Canoñ nisi sit de reseruatis Papæ.
Tertius in irregularitate contracta.

Quartus in incendio.
Quintus in crimine publico sicut in blassemāte deū & sanctos.
Sextus in uoto.
Septimus si ipse Episcopus confessionem audit de aliquo peccato.
Octauus si aliquis exerceat artem balistariorum contra Xpianos excommunicatus est.
Nonus in eo qui romipetas uel alios Xpianos pro negociatione ul aliis honestis causis portatos nauigiis capiunt uel spoliant rebus suis: Et similiter qui spoliant aliquem passum naufragium rebus suis, excōmunicati sunt.
Decimus absoluere sortilegium spectat ad Epum.
Vndecimus in dispositione male ablatorum incertorum uel certorum quando non extant hi, a quib9 sunt extorta.
Duodecimus in contrahentibus matrimonium clandestinum uel contra interdictum ecclesiæ.
Tertius decim9 in opprimētib9 filiū quomodocūq3.
Quartus decimus in homicidio. In falso teste. In falsante instrumentū. In periuriis. In corruptione monialium. In coentibus cum brutis & similibus.
Item secundo reseruatur per ius nouum. Primo q excommunicatus est quicunq3 locutus fuerit secrete alicui ex Cardinalibus, dum Cardinales sunt in conclaui ad electionem Papæ faciendam.
Secundo qđ officiales illius ciuitatis siue loci in quo moritur Papa si dolose & fraudulenter omiserunt quin Papa eligatur secundum iuris formam excommunicati sunt.

Tertius q̄ quicūq; habens ius ponendi collectaʒ uł cu
stodiam siue guardiam siue ius patronatus in ecclīis
uel piis locis conans usurpare bona ecclesiarum aut
locorum ipsorum cum uacant, similiter & clerici q
hoc procurant fieri excommunicati sunt.
Quartus q̄ qui deputatus fuerit ad dirigendam ele,
ctionem alicuius abbatissæ, si aliquid faciat propter
qđ discordia oritur inter moniales, uel si fuerit or,
ta nutriat, excommxnicatus est.
Quintus qđ excommunicatus est quicunq; absolu,
tionem ab excommunicatione uel reuocatione ip,
sius fieri faciat ui uel metu.
Sextus qđ si dati sunt conseruatores alicui ecclesiæ,
& aliqua partium procuret ut tales conseruatores se
intromittant in iis quæ non spectant ad eorum offi
cium excommunicatus est.
Septimus excommunicatus est iudex qui moniales
personaliter examinat fingendo causam ut perso,
naliter accedat, ut sic sibi loquatur malitiose uel
fraudulenter.
Octauus qđ excommunicati sunt layci qui prælatos
uel capitula ecclīarum uel personas ecclesiasticas cō
pellunt ad summittendum bona ecclesiarum.
Nonus qđ quicunq; religiosus cuiuscunq; religio,
nis mendicantium siue non mendicantium rece,
ptus & institutus post lugdun̄ concilium non po,
test aliquod recipere donum uel locum de nouo ac,
quirere, nec acquisita sine Papæ licentia alienare,
nec extraneis prædicare, nec ad confessiones audire,
nec ad sepulturaʒ admictere: & contrafaciens excom

municatus est ipso facto: exceptis minoribus prædicatoribus, heremitis & carmelitis.

Decimus excommunicatus est qui impedit aliquem non litigare coram iudice Canonico super causis ad ecclesiasticum forum spectantibus.

Vndecimus excommunicatus est qui prohibet aut interdicit ne clericus cõmunicet in artibus licitis & necessariis commertiis.

Duodecimus q̃d excommunicatus est religiosus professus qui dimictit habitum religionis temerarie uel accedens ad studia litterarum non obtenta licentia prælati & conuentus: Et doctores scienter docentes tales siue retinentes in scolis excommunicati sunt.

Tertius decimus excõicationẽ incurrit: sepelliens hereticos uł hereticorum receptatores defensores uel fautores scienter.

Quartus decimus excommunicatus est officialis qui auderet impedire directe uel indirecte processum factum uel fiendum contra aliquem hereticum per inquisitorem uel officialem Episcopi.

Quintus decim⁹ q̃d excõicatus est quicũq; Xp̃ianus q aliquez Xp̃ianoꝝ interfici fecerit, uel etiaz mãdauerit interfici per assassinos lz mors non sit sequta, uel qui talem assassinum receptauerit uel defenderit seu occultauerit excommunicatus est.

Sextus decimus q̃d excommunicati sunt Dñi siue singulares ꝑsonæ qui ꝑmictũt alienigenis in terris suis conducere domos ad exercendum fœnus, uel qui locant eis sub aliquo titulo domos ad publice fœnerandum:

75

Septimus decimus qđ concedens repræsalias contra personas ecclesiasticas nisi infra mensem reuocet excommunicatus est.

Decimus octauus qđ quicunq; potestas, senator, consul, uel alius Dñs siue rector iustitiam non ministrauerit contra interficientes uel insequentes per se uel alium Cardinalem excommunicatus est.

Decimus nonus qđ excõmunicati sunt reges & principes, barones nobiles baluii siue ministri prædictorum qui dant licentiam subditis ut interficiant, capiant uel aliter grauent in rebus ul' in personis excommunicantes eos uel eos ad quorum instantiam fuit lata excommunicatio uel obseruantes excõmunicationes in eos, nisi prædictam licentiam reuocẽt infra spatium octo dierum.

Vigesimus qđ percutiens clericum excommunicatus est & ille cuius nomine percussus fuit si rataʒ habuit percussioneʒ post factum lʒ a principio & ante factuʒ nihil sciuerit.

Vigesimus primus qđ si aliquis habuerit unam sententiam diffinitiuam super beneficio in curia, & sequestratio beneficii fiat per ordinarium, & aliquis impediat tale sequestrum uel fructus occupet excõmunicatus est.

Vigesimus secundus qđ excommunicati sunt etiam exempti qui tempore interdicti aliquem etiam non excommunicatum sepelliunt in cimiteriis, uel excõmunicatos publice aut nominatim interdictos uel usurarios manifestos etiam tempore non interdicto sepeliunt in cimiteriis excõmunicati sunt ipo facto.

Vigesimus tertius excommunicati sunt ipso facto religiosi qui decimas uel noualia subtrahunt uel fraudem commictant circa decimas per eos soluendas ecclesiis debitas si fuerint requisiti per illos, ad quos spectat & infra mensez non satisfaciunt, uel de usurpatis uel retentis infra duos non fecerint emendaz. Et hoc uerum, si tales religiosi non habent administrationem uel beneficia in aliquibus ecclesiis.

Vigesimus quartus qđ quicunq; monacus siue Canonoic⁹ regularis non habens administrationē accedat & moretur in curia principum absq; speciali licentia prælatorum suorum & hoc faciunt ut damnuz inferant monasterio excommunicati sunt ipso facto.

Vigesimus quintus qđ impediens uisitatores deputatos ad monasteria monialium uel etiam beghinaruz excommunicatus est ipso facto.

Vigesimus sextus qđ excommunicatæ sunt omnes moniales beghinæ assumentes officium prædicandi occulte uel palam: Et excommunicati sunt sequentes statum beghinarum, & dantes auxilium uel fauorem super prædictis.

Vigesimus septimus qđ excōicati sunt contrahentes matrimoniuz in gradu consanguinitatis uel in gradu affinitatis probibito, uł cōtrahentes matrimoniū cum moniali: Et idem in omni professo & professa uel cum constituto in sacris.

Vigesimus octauus qđ quicunq; deputatus ad inquirenduz de heresi ratione officii inquisitionis pecuniā extorqueat ab aliquo inquisito illicito mō, uel ꝑ heresim alicuius clerici bona ecclesiæ confiscauerit scienter excommunicatus est.

Vigesimus nonus qđ officiales communitatum siue locoruȝ facientes dictantes uł scribentes statuta sup usuris soluendis non repetundis uel non restituendis: & iudicantes secundum illa statuta uel non delentes illa statuta si possunt de libris communitatis uel illa seruantes excommunicati sunt.

Trigesimus qđ nullꝰ qui nõ attigerit quadragesimũ annum possit esse inquisitor, als̃ excommunicatus est.

❡ Casus reseruati Archiepiscopo per constitutiones Synodales.

Primus qđ excommunicatus est per constitutionem synodalem spoliator alicuius beneficii uel ecclesiæ, nec absolui potest nisi facta restitutione damnoruȝ & expensarum.

Secundus qđ utens falsis probationibus, & punitur pœna centuȝ florenorum: Testes uero & Notarii falsarii eadem sententia & pœna ligantur: & reseruat̃ absolutio Archiepiscopo & officiali suo sub certa forma in Constitutione .I. Supra de proba.

Tertius qđ Notarii qui non seruant formam constitutionum synodalium circa appellationem claȝ interpositam sunt excommunicati.

Quartus qđ regularis accedens ad monasterium monialium excommunicatus est.

Quintus qđ emptores iuriũm siue bonorum spiritualium uel temporaliũ thesauri uel ornamentorũ a clericis excommunicati sunt.

Sextus qđ excōicati sunt ipso facto non restituentes uel non manifestantes infra triginta dies quæcunq; sunt bona ad Archiepiscopatum spectantia.
Septimus qđ excommunicati sunt ipso iure uenden tes feuda ecclesiastica conductioñ uel colonias.
Octauus qđ excōicati sunt ipso iure nō exequentes in tegre uoluntatem testatoris uel paciscētes cum illis personis quibus debet elargiri ut minus recipiant q̄ sit relictum.
Nonus ꝙ excommuuicatus est quicunq; patronus ali cuius beneficii qui usurpauerit contra formaȝ iuris de bonis ecclesiæ uel exegerit uiolenter uel si impe/ diuerit rectorem / uel timorem incutiat / propter ꝙ administrare non audeat officium suuȝ rector dictæ ecclesiæ.
Decimus ꝙ excommunicandus est fingens se habere reliquias alicuius sancti non approbati ab ecclesia: & excommunicatus est falsarius. Item excommu/ nicati sunt q abusiones aliquas inducunt ad extor/ quēduȝ a rectorib⁹ ecclesiaꝝ artocleas/uinū & panē/ & similia in certis fœstiuitatibus: Nec absoluuntur nisi refectis damnis/& interesse rectoribus ecclesiaꝝ/ & solutis decem libris sanctæ Reparatæ.
Vndecimus ꝙ excōicatus est qui impedit campanam pulsari quando aliquis denuntiat̄ excommunicat⁹.
Duodecimus excommunicatus est occupans bona ec clesiarū & Archeipiscopat⁹/siue furantes instrumēta de redditibus ecclesiarum uel locorum piorum.
Tertius decim⁹ qđ excōicatus est ipso iure tabellio cō ficiens instrumentum usurarii, & sacerdos ipsuȝ ad

sepulturaȝ recipiens non præstita cautione, & in. x. libris ad sanctam Reparatam.

Quartus decimus excommunicandi sunt Notarii, q infra menseȝ non ostendunt testamenta siue scriptu ras ad pias causas.

Quindecimus excommunicatus est distribuēs incer ta, usuras, siue male ablata ultra solidos. xl. & ex cōmunicatus est etiam Notari9 non exhibens tenorē instrumenti super fraude cōmmissa circa distributio nem.

Sedecimus ꝙ excommunicatus est recipiēns uel pro, curans recipi usurarium manifestum ad sepulturaȝ ecclesiasticaȝ nisi primo satisfactione uisa per Epūm uel Vicarium.

Decimus septim9 ꝙ excommunicati sunt ipso facto facientes falsum instrumētum, & eo utentes & aliis probationibus seu litteris priuatis falsis, aut testib9 & aperiens litteras sigillatas etiam priuatas.

Decimus octauus excōmunicati sunt sacrilegi incan, tatores, diuinatores, uenefici, & malefici incantato res pro maleficiis & faciētes diuinationes uel breuia pro maleficiis faciendis.

Decimus nonus excommunicati sunt dātes potatio, nes siue medicinas mulieri prægnanti, ut abortiuuȝ pariat uel conceptum destruatur, & dantes auxiliuȝ uel consilium in eis excommunicati sunt, nec absol uuntur nisi soluant libras quinq; Iteȝ excommuni cati sunt scientes prædicta nisi infra menseȝ notificēt curiæ archiepiscopali.

Vigesimus excommunicati sunt cōmictentes collusiones siue simulationes in contractibus, promissionibus, renuntiationibus, & aliis obligationibus super bonis uel rebus ecclesiasticis in spiritualibus uel temporalibus.

¶ Casus reseruati Episcopo in quibus quis non est excommunicatus.


¶ Primus est quia reseruat sibi absolutionem procuratorum & aduocatorum qui docent partem falsuȝ dicere uel uerum negare.
Secundo reseruat sibi absolutionem tenentiuȝ filios proprios ad crismandum.
